



H 4

Petrus Schwante.

Anno.

Millesimo Sexcentesimo
quadragésimo Septimo.



M. T. CICE-
RONIS EPISTO-
LARVM LIBRI
TRES.

A

I O H A N N E
STVRMIO PRO PV-
ERILI EDUCATIONE
confessi: Et ex castigatissima editi-
one Dionysij Lambini recens
expressi.



RIGAE LIVONUM

Typis Nicolai Mollini, Anno 1614.

Inu. No. 62345


Peter Schuyntje Anno 1647

204



IOHANNES STVR; MIVSIACOBOSTVR.

MIO FRATRI, S.



VDIVISTI SÆPE VT
memini, ex me Iacobe frater, studio-
rum nostrorum finem rerum cognitio-
nem & orationis elegantiam esse de-
bere. Rerum etiam doctrinam sine

sapientia religionis minimum prodesse, & dicendi
rationem absque optimorum scriptorum assidua
lectione atque artificiosa imitatione non compa-
rari talem, qualem desideramus. Itaque sæpe nu-
mero dixi, si meministi, ad religionem pueros ex-
citandos esse, & proponendum illis in scholis Ci-
ceronem, quorum altera mentem, alter linguam
optimè possit informare. Sed habenda ratio est
in educatione linguæ, non solum ætatum, sed etiam
virium & ingeniorum. Ab Epistolis principium
rectè sumi potest, si delignantur, quæ argumento
faciles sunt, & sunt rerum non ignotarum, atque
hujusmodi verborum, quæ in nostra manserunt
consuetudine. Hanc rationem ego in hisce tribus
libris conficiendis secutus sum, neque artificio-
sissime, neque sapientissime scriptas Epistolas de-
legi, sed quæ à pueris intelligi possent, & haberent
nostræ

A 2

KATALOGS

R

ZA FB
2048

cel

PSR ZINĀTNU AKADEMĪJA
FUNDAMENTĀLA
1924
LATVIJAS
BIBLIOTEKA

noſtre conſuetudinis verba, & ſermonis quotidie
ani ſententias, eorumque formas, nobis non uſi-
tatas, ſed tamen apertas & elegantes & doctas.
Has ego ad te mitto, quo videas, me in eadem eſſe
ſententiã, in qua fui olim. Amabo te, mi opta-
tiſſimè frater, perge porro in hoc literarum curri-
culo progredi. Audio nihil de ſtudijs tuis, abſum
procul, metuo valde cùm cogito poſſe fieri, ut non
meis optatis & patris expectationi ſatisfacias. Ex-
pecto literas tuas, ut in telligam tum quantum
profeceris. tum quantum de te poſſimus de-
inceps ſperare. Vale. Argentine, ter-
tio Calendar. Februar.

Anno 1619.



AD PV.



AD PVEROS, STV-
DIOSOS.

AD eſte ò pueri quot eſtis, etiã
Omnes undiq; quotquot eſtis omnes:
Sermonis cupidi elegantioris.
Hic ſons Auſoniæ ſcætet loquela,
Puris limpidus & ſerenus undis,
Quantum Calliorus vel Hippocrates.
Hic paſſim gremio benigna flores
Fundit divite, procreatq; tellus:
Quos ego olfaciens, velim valere
Hortorum Veneresq; Gratiãsq;
Quis ſit queritis ille ſons leporum.
Vber, terraq; foeta floſculorum?
Dicant, aut nos alijs de in trecentis
A me dicite, bisq; de in trecentis
Ille Romulidum nitor nepoum.
Fandi Tullius optimus Magiſter,
Cujus eloquio, togeq; victrix
Ceſſit laurea, ſatiſerq; mucro.
Huc eſte ò pueri, eja hic eſt, leporum
Diſertus pater & ſacetiarius!

Gregor. Beſſmanus.

A 3

LIBER

LIBER PRIMVS.

I. MARCVS TVLLI VS CICERO TERENCE

SVAE S. D. AD
famil. l. 14. Ep. 22.

Si vales, bene est: ego valeo. Nos quotidie tabellas
srios vestros expectamus: qui si venerint, fortasse
erimus certiores quid nobis faciendum sit, facie-
musq; te statim certiozem. Valetudinem tuam cura dili-
genter, Vale. Calend. Septembris.

2. TVLLIVS TERENCE SVAE S. D.
Ad famil. lib. 14. Epist. 8.

Si vales, bene est: ego valeo. Da operam ut conuas-
lescas. Quod opus erit, ut res tempusq; postulat, pro-
videas atq; administres, & ad me de omnibus rebus
quam sepius litteras mittas, Vale.

3. M. TVLLIVS TERENCE SVAE S. D.
Ad famil. lib. 14. Epist. 8.

Si vales, bene est: ego quidem valeo. Valetudinem
tuam velim cures diligentissime: Nam mihi & scri-
ptum & nunciatum est, te in febrim subito incidis-
se. Quod celeriter me fecisti de Caesaris literis certio-

rens

rem, fecisti mihi gratum: Item posthac, si quid opus
erit, si quid acciderit novi, facies ut sciam. Cura ut va-
leas. D. III. Non. Iunias.

4. TVLLIVS TERENCE SVAE S. D.
Ad famil. lib. 14. Epist. 24.

Si vales, bene est: ego valeo. Nos neq; de Caesaris ad-
suentu, neq; de literis, quas Philotimus habere dicitur,
quiequam adhuc certi habemus. Si quid erit cer-
ti, faciam te statim certiozem. Valetudinem tuam fac ut
cures, Vale. III. Id. Sextilis.

5. TVLLIVS TERENCE SVAE S. D.
Ad famil. lib. 15. Epist. 23.

Si vales, bene est: ego valeo. Reddite mihi jam tane-
dem sunt à Cesare literae satis liberales: & ipse o-
pinione celerius venturus esse dicitur. Cui utram
obviam procedam, an hic eum expectem, cum consti-
tueris, faciam te certiozem. Tabellarios mihi velim quam-
primum remittas. Valetudinem tuam cura diligenter
Vale. Prid. Id. Sextilis.

6. TVLLIVS TERENCE SVAE S. D.
Ad famil. lib. 14. Epist. 15.

Si quid haberem, quod ad te scriberem, facerem id &
pluribus verbis, & sepius: Nunc quae sint negotiis
vides: Ego autem quomodo sim affectus, ex lepta &
Trebatio poteris cognoscere. Tu fac, ut tuam & Tullii
valetudinem cures, Vale.

7. TVLLIVS TERENCE SVAE S. D.
Ad famil. lib. 14. Epist. 15.

44

51

LIBER

Strales, bene est: ego quidem v. l. o. Constitueramus, ut ad te antea scripseram, obviam Ciceronem Casari mittere: Sed mutavimus consilium, quia de illius adventu nihil audiebamus. De ceteris rebus, etsi nihil cras novi, tamen quid velimus, & quid hoc tempore putamus esse, ex Sicca poteris cognoscere. Tulliam huc mecum teneo. Valetudinem tuam cura diligenter. Vale. XII. Calend. Quintileis.

8. TVLLIVS TERENTIÆ SVÆ S. D.
Ad famil. lib. 14. Epist. 15.

IN maximis meis doloribus exorciat me valetudo Tulliae nostrae: de qua nihil est quod ad de plura scribam: tibi enim aequè magnae curae esse certò scio. Quod me propius vultis accedere, video ita esse faciendum: etiam antè fecissem: sed me multa impediverunt, quae nunc quidem expedita sunt. Sed à Pomponio expedito literas, quae ad me quamprimum perferendas cures velim. Da operam ut valeas.

9. TVLLIVS TERENTIÆ SVÆ S. D.
Ad famil. lib. 14. Epist. 12.

Quod nos in Italiam salvos venisse gaudeas, perpetuo gaudeas velim: Sed perturbati dolore animi, magnaeque injuria, metuo ne id consiliis ceperimus, quod non facile explicare possimus. Quare quantum potes adjuva: Quid autem possis, mihi in mentem non venit. In viam quòd te des hoc tempore nihil est: & longum est iter, & non tutum: Et non video, quid

PRIMUS.

quid prodesse possis, si veneris. Vale. D. pridie Nonas Nov. Brundusio.

10. TVLLIVS TERENTIÆ SVÆ S. D.
Ad famil. lib. 14. Epist. 11.

Strales, bene est: ego valeo. Tullia nostra venit ad me prid. id Junias: cujus summa virtute, & singulari humanitate, graviore etiam sum dolore affecta nostra factum esse negligentia, ut longè alia in fortuna esset, atque ejus pietas ac dignitas postulabat. Nobis erat in animo, Ciceronem ad Casarem mittere, & cum eo Cn. Salustium. Si profectus erit, faciam te certiore. Valetudinem tuam diligenter cura. Vale. XVII. Calend. Quintileis.

11. TVLLIVS ET CICERO S. D. TIRONI SUO. Ad famil. lib. 16.
Epist. 7.

Septimum jam diem Corcyrae tenebamur. Quintus autem pater, & filius Buthroti. Solliciti eramus de tua valetudine mirum in modum: nec mirabamur, nihil à te literarum: tuis enim ventis istinc navigabatur, qui si essent, nos Corcyrae non sederemus. Cura igitur te, & confirma: & cum commodè, & per valetudinem, & per anni tempus navigare poteris, ad nos amantissimos tui veni. Nemo nos amat, qui te non diligit. Charus omnibus expectatusque ven es. Cura ut valeas, etiam atque etiam Tiro noster. Vale. XV. Calend. Decembris. Corcyrae.

LIBER

M. TVLLIVS TIRONI SVO S.
Ad famil. lib. 16. Epist. 1.

Non queo ad te, nec lubet scribere, quo animo sine affectus: tantum scribo, & tibi & mihi maxime voluptati fore, si te firmum quamprimum videro. Tertio die abs te ad Alyziam accesseramus. Is locus est circa Leucadem stadia CXX. Leucade aut te ipsum, aut tuas literas à Marione putabam me accepturum. Quantum me diligis, tantum fac ut valeas, vel quantum te à me scis diligi. Nonis Nov. Alyzia.

13. CICERO. F. TIRONI SVO S.
Ad famil. lib. 16. Epist. 25.

Et si iusta & idonea usus es excusatione intermissio-
nis literarū tuarū: tamē id ne sepius facias rogo.
Nam etsi de repub. rumoribus & nunciis certior
fio, & de sua in me voluntate semper ad me perscribit
pater: tamen de quavis minima re scripta à te ad me E-
pistola semper fuit gratissima. Quare cum in primis
tuas desiderem literas, noli committere, ut excusatione
potius expleas officium scribendi, quam assiduitate lites-
rarum, Vale.

14. M. CICERO SER. SVLPICIO.
S. D. Ad famil. lib. 17. Epist. 25.

Hagesaretus Larisæus magnis meis beneficiis
ornatus, in consulatu meo memor & gratus
fuit

PRIMUS.

fuit, meq; postea diligentissimè coluit, eum tibi ma-
gnopere commendo, ut & hospitem, & familiarem meo-
rum, & gratum hominem, & virum bonum, & principem
civitatis suæ, & tua necessitudine dignissimum: pero-
gratum mihi feceris, si dederis operam, ut is intelligat,
hanc meam commendationem magnum apud te pondus
habuisse, Vale.

15. CICERO TREBATIO S. D.
Ad famil. lib. 7. Epist. 19.

Epistolam tuam, quam accepi à L. Aruncio con-
seidi innocentem: nihil enim habebat, quod non vel
in concione rectè legi posset. Sed & Aruntius
ita te mandasse aiebat, & tu adscripseras. Verum illud ca-
sto: nihil te ad me postea scripsisse demiror, præsertim
tam novis rebus, Vale.

16. M. CICERO Q. VALERIO Q. F.
ORCAE PROCOS S. Ad famil. lib.
17. Epist. 3. pars. :

PVB. Cornelius, qui tibi has literas reddidit, est
mihi à P. Cuspio commendatus: cuius causa quan-
topere cuperem, deberemq; profectò ex me facile
cognovisti. Vehementer te rogo, ut cures, ut ex hac cõ-
mendatione mihi Cuspius quam maximas, quam primum,
quam sepius gratias agat, Vale.

17. M. T. CICERO S. D. MEMMIO.
Ad famil. lib. 17. Epist. 1.

LIBER

Avlum Pulum unum, ex meis intimis observantissimum studiosissimumq; nostri, eruditum hominem, & summa humanitate, tuaq; amicitia dignissimum, velim ita tractes, ut mihi coram recepisti. Tam mihi gratum id erit, quam quod gratissimum ipsum. praeterea summo officio & summa observantia tibi in perpetuum devinzeris. Vale.

18. M. T. CICERO S. D. CORNIFICIO.

Ad famil. lib. 2. Epist. 26.

SEX. Aufidius & observantia, qua me colit accedit ad proximos: & splendore equitis Rom. nemini cedit. Est autem ita temperatis moderatisq; moribus, ut summa severitas, summa cum humanitate jungatur. Cujus tibi negotia, quae sunt in Africa, ita commendo, ut majori studio, magisque ex animo, commendare non possum. Pergratum mihi feceris, si de deis operam, ut intelligat, meas apud te literas maximum pondus habuisse. Hoc te vehementer, mi Cornifici, rogo. Vale.

19. CICERO BASILIO S. D.

Ad famil. lib. 6. Epist. 16.

Tibi gratulor: mihi gaudco, te amo, tua tueor. A te amari, & quid agas, quidq; istic agatur, certis or fieri volo. Vale.

MOD. BRVTVS IMP. COS. DESIGNATUS CICERONI S. D. Ad famil.

Epist. 16.

PRIMUS.

SI de tua in me voluntate dubitarem, multis a te veris petere, ut dignitatem meam tuere: sed profecto est ita, ut mihi persuasi, me tibi esse curae. Progressus sum ad Inalpinos cum exercitu, non tam nomine Imperatorum captans, quam cupiens, militibus satisfacere firmosq; eos ad tuendas nostras res efficere: quod mihi videor consecutus. Nam libertatem nostram & aenimum sunt experti: cum omnium bellicosissimis bellum gessi: multa castella castavi: multa vastavi. Non sine causa ad Senatum literas misi. Ad iura nos tua sententiae quod cum facies, ex magna parte communi commodo infernietis, Vale.

21. M. CICERO SER. SVLPICIO S. D.

Ad famil. lib. 13. Epist. 20.

A Scalpone Patrensi medico utor valde familiariter, et usq; tum consuetudo mihi iucunda fuit, tum etiam ars, quam sum expertus in relectudine meorum. In qua mihi tum ipsa scientia, tum etiam fidelitate, benevolentiaq; satisfecit. Hunc igitur tibi commendo, & a te peto, ut des operam, ut intelligat, diligenter miscripsisse de se, meamq; commendationem usui magno sibi fuisse. Erit id mihi vehementer gratum, Vale.

22. CICERO APPIOS

Ad famil. lib. 10. Epist. 29.

L I B E R

DE meo studio erga salutem & incolumitatem tuam, credo te cognoscere ex literis tuorum, quibus me cumulatissimè satisfecisse certò scio. Nec ijs cōcedo, quanquam sint singulari in te benevolentia, ut te saluum malint, quàm ego. Illi mihi necesse est concedant, ut tibi plus quàm ipsi hoc tempore prodesse possim: quod quidem nec destiti facere, nec desistam, & jam in maxima re feci, & fundamenta jeci salutis tuæ. Tu fac bono animo magnoq; sis meq; tibi nulla re de futurum esse confidat. Prid. Non. Quintileis, Vale.

23. M. CICERO M. MARIO S. D.
Ad famil. lib. 7. Epist. 4

AD IX. Calend. Iunias in Cumanum veni cum Libone tuo, vel nostro potius: in Pompejanum statim cogito: sed faciam te ante certiozem, Te cum semper valere, cupio, tum certè dum hic sumus. Vides enim, quantò potest unà futuri simus. Quare si quid constitutum cum podagra habes, fac in alium diem differas. Cura igitur ut valeas, & me hoc biduo aut triduo expecta, Vale.

24. CICERO PLANCO IMP. COS.
DES. S. D. Ad famil. lib. 10. Epist. 14.

O Gratam famam biduo ante victoriam, de subsidio tuo, de studio, de celeritate, de copijs. Atque

P R I M U S.

que etiam hostibus fuis. Spes omnis in te est. Fugisse enim ex prælio Mutinensi dicuntur notissimi latronum duces. Est autem non minus gratum extrema debere, quàm prima depellere. Equidem expectabam jam tuas literas, idq; cum multis: Sperabamq; etiam Lepidum temporibus admonitum tecum Reipub. satis esse facturum. In illam igitur curam incumbere mihi placeat, ut ne qua scintilla teterrimi belli relinquatur. Quod si erit factum: & Reipub. divino beneficio affeceris, & ipse eternam gloriam consequere. II. Id. Majas, Vale.

25. M. CICERO PÆTO S. D.
Ad famil. lib. 9. Epist. 21.

HEri veni in Cumanum, erat ad te fortasse. Sed cum certò sciam, faciam te paulò ante certiozem. Etsi M. Ceparius, cum mihi in sylva Galinariæ obviam venisset, quæsissemq; quid ageres, dixit te in lecto esse, quòd ex pedibus laborares: tuli scilicet moleste, ut debui: sed tamen constitui ad te venire, ut & viderer te, & viscerem, & cenarem etiam. Non enim arbitror cocum etiam te Arthriticum habere. Expecta igitur hospitem cum minimè edacem, tum inimicum cœnis sumtuosis, Vale.

26. M. CICERO S. D. CN. PLANCO
Ad famil. lib. 4. Epist. 15.

Accepti

Accepi perbreveis tuas literas : è quibus id, quod scire cupiebam, cognoscere non potui : cognovi autem id, quod mihi dubium non fuit : Nam quam fortiter ferres communes miseras, non intellexi : quam me amares, facile per spexi : sed hoc scribam : Illud si scissem, ad id meas literas accommodassem. Sed tamen etsi antea scripsi, quæ existimari scribi oportere : tamen hoc tempore te breviter commonendum putari, ne quo periculo te proprio existimares esse : in magno omnes, sed tamen in communi sumus. Quare non debes aut propriam fortunam & præcipuam postulare, aut communem recusare. Quapropter eo animo sumus inter nos, quo semper fuimus, quod de te sperare, de me sperare possum, Vale.

27. CICERO DOLOBELLÆ S.
Ad famil. lib. 6. Epist. 12.

Gratulor Baijs nostris, siquidem, ut scribis, salubres repente factæ sunt, nisi forte te amant, & tibi assentantur, & tam diu, dum tu ades, sunt oblite sui. Quod quidem si ita est, minime miror, cælum etiam & terras vim suam, si tibi ita conveniat, dimittere. Ornatunculam pro Desotaro, quem requirebas, habebam mecum, quod non putarem : Itaque eam tibi misi, velim sic legas, ut causam tenuem & inopem, nec scriptione dignam. Sed & ego hospiti veteri & amico munusculum mittere volui levitante, crasso filio,

filio, ejusmodi ipsius solent esse munera. Tu velim animo sapienti fortisque, ut tua moderatio & gravitas aliorum infamem injuriam, Vale.

28. M. T. C. IMP. M. CÆLIO ÆDILI CVR.
S. D. Ad famil. lib. 2.
Epist. 14.

MFabio viro optimo & homine doctissimo familiarissime utor : mirificeq; quam diligo, cum propter summum ejus ingenium, summamq; doctrinam, tum propter singularem modestiam. Ejus negotium sic velim suscipias, ut si esset res mea. Novi ego vos magnos patronos : Hominem occidat oportet, qui vestra opera uti velit. Sed in hoc homine nullam accipio excusationem. Omnia relinque, si me amabis cum sua opera Fabius uti volet. Ego res Romanas vehementer exspecto, & desidero : imprimisq; quid agas, scire cupio. Nam jam diu propter hyemis magnitudinem nihil novi ad nos afferebatur.

29. CICERO TREBATIO S. D.
Ad famil. lib. 7. Epist. 22.

Illuseras heri inter scyphos, quod dixeram contraversiam esse, possene heres, quod furtum antea factum esset, recte furti agere? Itaq; etsi doctum bene potus seroq; redieram : tamen id caput, ubi hæc controversia est, notari, & descriptum tibi misi : ut scires,

Id, quod neminem sensisse dicebat, Sex. Felium, M. Manlium, M. Brutum sensisse. Ego autem Scevolæ & Teste assentior, Vale.

30. M. T. CICERO D. BRUTO IMP.
COS. DESIGN. S. D. Ad famil.
lib. II. Epist. 17.

Etsi mihi tuæ literæ iucundissimæ sunt: tamen su-
cundius fuit, quod in summa occupatione tua Plan-
co collegæ mandasti, ut te mihi per literas excusa-
ret: quod fecit ille diligenter: mihi autem nihil amabi-
lius officio tuo & diligentia. Coniunctio tua cum cola-
legæ, concordiaq; vestra, quæ literis communibus decla-
rata est, Senatui populoq; Romæ, gratissima accidit.
Quod superest, perge mi Brute: & jam non cum aliis,
sed tecum ipso certa. Plura scribere non debeo, præser-
tim ad te, quo magistro brevitatis uti cogito. Literas tuas
vehementer expecto, & quidem tales, quæ tuis maxime
opto, Vale.

31. M. T. CICERO FURFANIO PROCO S. S. D.
Ad famil. lib. 9. Epist. 9.


Cum A. Cæcinnæ tanta mihi familiaritas, consue-
tudoq; semper fuit, ut nulla maior esse possit. Nam
& patre ejus claro homine & forti viro pluri-
mum usi sumus: & hunc a Pueris, quod & spem mihi
magnam assererat summa probitatis, summeq; elo-
quentiæ, & vivebat neccum conjunctissime, non solum
officiis

officiis amicitia, sed etiam studiis communibus sic semper
dilexi, ut non ullo cum homine conjunctius viverem.
Nihil attinet me plura scribere, quam mihi necesse sit ea
sua salutem & fortunas, quibuscunq; rebus possim tueri
vides. Reliquum est, ut, cum cognorim pluribus rebus,
quid tu & de bonorum fortuna & de Reipublicæ cala-
mitatibus sentires, nihil à te petam, nisi ut ad eam vos-
luntatem, quam tua sponte erga Cæcinnam habiturus es-
ses, tantus cumulus accedat commendatione mea, quanti
me à te fieri intelligo. Hoc mihi gratius facere nihil pos-
ses, Vale.

32. CICERO CORNIFICIO COLLEGÆ S.
Ad famil. lib. 20. Epist. 12.

GRATIA mihi tuæ literæ, nisi quod Simvessanum di-
versoriorum contempsisti. Quam quidem contum-
eliam vix illa pusilla iniquo animo ferere nisi in
mano & Pompejano reddideris tanta peri ranton. Si
igitur facies, meq; amabis & scripto aliquo lacesses. Ego
enim respondere facilius possum, quam provocare. Quod
si, ut es cessabis, lacessam, nec tua ingnarvia etiam mihi
inertiam asseret. Plura ociosus. Hæc cum essem in senatu,
exaravi, Vale.

33. CICERO CORNIFICIO S.
Ad famil. lib. II. Epist. 22.



CAjus Anitius, familiaris meus, vir omnibus rebus orutus, negotiorum florum causa legatus est in Affricam legatione libera: Eum velim rebus omnibus adjuves, operamq; des, ut quam commodissime sua negotia faciat, imprimisq; quod ei carissimum est, dignitatem ejus tibi commendo, idq; a te peto, quod ipse in provincia facere sum solitus, non rogatus, ut omnibus senatoribus lectores darem, quod idem acceperam, & cognoveram a summis viris factitatum. Hoc igitur, mi Cornifici, facies, ceterisq; rebus omnibus ejus dignitati, reiq; si me amas consules. Id erit mihi gratissimum. Da operam ut valeas.

34. CICERO CASSIOS.
Ad famil. lib. 12. Epist. 9.

BREvitas tuarum literarum me quoq; breviorē in scribendo facit, & verē ut dicam, non satis occurrit quid scribam. Nostras enim res in actis perferri ad te certo scio tuas autem ignoramus. Tanquam enim clausa sit Asia. Siquid perferretur ad nos, præter ruinosos de oppresso Dolobella, satis illos quidem constantes, sed adhuc sine autore. Nos confectum bellum cum putaremus, repente a Lepido tuo in summam sollicitudinem adducti sumus. Itaq; persuade tibi, maximam Reip. spem in te & in tuis copiis esse. Firmos omnino exercitus habemus, sed tamen ut omnia (ut spero) prospere procedant, multum inter est te venire. Exiguā

qua est enim spes Reipub. nam nullam non libet dicere sed quæcumq; est ea desponditur anno consolatus tui. Vale.

35. CICERO ACILIO PROCO S. D.
Ad famil. lib. 13. Epist. 11.

LUCIUS Manlius est Susus: is fuit Catinensis: sed est una cum reliquis Neapolitanis, civis Romanus factus decorioq; Neapoli. Erat enim ascriptus in id municipium ante civitatem sociis & Latinis datam. Ejus frater Catine nuper mortuus est. Nullam omnino arbitramur de ea hereditate controversiam cum habiturum, & est hodie in bonis. Sed quando habet prætere a negotia vetera in Sicilia sua, & hanc hereditatem fraternam, & omnia ejus tibi commendo, imprimisq; ipsum virum optimum mihiq; familiarissimum, his studiis literarum doctrinæq; præditum, quibus ego maxime delector. Peto igitur abs te, ut eum, si ve aderit, si ve non venerit in Siciliam, in meis intimis, maximeq; necessariis scias esse: itaq; tractes, ut intelligas, meam commendationem sibi magno adjumento fuisse. Vale.

36. TVLLIUS ET CICERO, ET Q. Q.
TIRONI HUMANIS. ET OPT. S. D.
Ad famil. lib. 10. Epist. 5.

VIDE quanta in te sit sapientia: duas horas Thyrel fuimus. Xenomenes hospes eam te diligit, quam

si vixerit tecum. Is omnia pollicitus est, quae tibi essent op-
 portuna: facturam puto. Mihi placebat, si firmior esses, ad
 te Leucadem deportares, ut tibi de plane confirmares.
 Videbis quid Curio, quid Lysoni, quid medico placeat.
 Volebam ad te Marionem remittere: quem cum melius
 scire tibi esset, ad me mitteres: sed cogitari, unas literas
 Marionem offerre posse, me autem crebras expectare,
 Poteris igitur, et facies, si me diligis, ut quotidie sit A-
 castus in portu. Multi erunt, quibus recte literas dare
 possis, qui ad me diligenter perferant. Equidem Patras
 euntem neminem praetermittam. Ego omnem spem
 qui diligenter curandi in Curio habeo. Nihil potest illo
 fieri humanius, nihil nostri amantius. Ei te totum trade.
 Malo te paulo post valentem, quam statim imbecillum vi-
 dere. Cura igitur nihil aliud, nisi ut tu valeas: cetera ego
 curabo. Etiam atque etiam, Vale. Leucade proficiscens.
 VII. Idus Novemb.

57. M. T. CICERO PATER ET FILII
 ET Q. Q. TIRONI. S. P. D. Ad
 famil. lib. II. Epist. 6.

Tertiam ad te hanc Epistolam scripsi eodem die
 magis institui mei tenendi causa, quia nactus es-
 ram cui darem, quam quod haberem, quod scriba-
 berem. Igitur illa, quantum me diligis, tantum adhibe
 in te diligentia. Ad tua innumerabilia in me officia

adde

adde hoc quod mihi erit gratissimum omnium. Cum
 valeudinis rationem, ut spero, habueris, habeto etiam
 navigationis. In Italiam cunctibus omnibus ad me literas
 dabis, ut ego euntem Patras neminem praetermitto. Cu-
 ra, cura te, mi Tiro. Quando non contingit, ut simul na-
 vigares, nihil est quod festines, nec quicquam cures, nisi
 ut valeas. Etiam atque etiam, Vale. VII. Idus Novemb.
 Actio vesperi.

38. TULLIUS TIRONIS SVO, S. D.
 Ad famil. lib. 16. Epist. 10.

Ego vero cupio te ad me venire, sed viam timeo.
 Gravissime aegrotasti, inedia et purgationibus, et
 vi ipsius morbi consumptus es. Graeves solent offen-
 siones esse ex gravibus morbis, si qua culpa commissa est.
 Iam ad id biduum, quod fueris in via, dum in Cuma-
 nam venis, accedent continuo ad reditum dies quinque.
 Ego in Formiano ad III. Calend. esse volo, sibi te ut fir-
 mum offendam, mi Tiro, effice. Literulae meae, si ve no-
 stra, tui desiderio oblanguerunt. Haec tamen Epistola,
 quam Acastus attulit, oculos paulum sustulerunt. Pomo-
 peus erat apud me, cum haec scriberem, hilaris et libere
 ac tibi cupienti audire nostra, dixi sine te omnia mea mu-
 ta esse. Tu mihi nostris para, ut operas reddas. Nos-
 tra ad diem diem fient. Docui enim te fides etymon
 quid haberet. Fac plane ut valeas, nos adsumus, Vale.
 XIII. Cal. Ian.

39. M. T. CICERO TIRONIS S. P. D.
 Ad famil. lib. 2. Epist. 4.

84

Episto-

E Pistolarum genera multa esse, non ignoras, sed unum illud certissimum, cuius causa inventa res ipsa est, ut certiores faceremus absentes, si quid esset, quod eos scire, aut nostra, aut ipsorum interesset. Huius generis literas a me profecto non expectabis domesticarum enim rerum tuarum habes et scriptores et nuncios in meis autem rebus nihil est sane novi. Reliqua sunt Epistolarum genera duo, quae me magnopere delectant, unum familiare et iocosum, alterum severum et grave. Vtro me minus deceat uti, non intelligo. Iocernè tecum perliteras? Cirem me hercule non puto esse, qui temporibus his ridere possit. An gravius aliquid scribam? Quid est, quod possit graviter à Cicerone scribi ad Curionem, nisi de Reipublica? atque in hoc genere haec causa est, ut neque ea, quae nunc sentio velim scribere. Quamobrem, quoniam mihi nullum scribendi argumentum relictum est, utar ea clausula, quae soleo, teque ad studium summae laudis cohortabor. Est enim tibi gravis adversaria constituta, et parata incredibilis quaedam expectatio, quam tu una re facillimè vinctus, si hoc statueris, quarum laudum gloriam adamaris, quibus artibus et laudis comparantur, in iis esse elaborandum. In hanc sententiam scriberem plura, nisi te tua sponte satis incitatum esse considerem, et hoc quicquid attigi, non feci instigandi tui causa, sed testificandi amoris mei, Vale.

40. M. T.

40. M. T. CICERO BRUTOS S. D.

Ad famil. lib. 3. Epist. 14.

L Veio Titione Strabone, equiti Romano imprimis honesto et ornato, familiarissimè utor. Omnino mihi cum eo intercedunt iura summae necessitudinis. Huic in tua provincia pecuniam debet P. Cornelius. Ea res à Volcatio, qui Romae jus dicit, rejecta in Galliam est. Peto à te hoc diligentius, quam si mea res esset, quod est honestius de amicorum pecunia laborare, quam de sua, ut negotium consiciendum cures, ipse suscipias, transigas: operamque des, quod tibi aequum et rectum vis debetur, ut quam commodissima conditione libertus Strabonis, qui ejus rei causa missus est, negotium conficiat, ad nunquosque perveniat. Id et mihi gratissimum erit, et tu ipse L. Titionem cognosces amicitia dignissimum. Quod ut tibi curae sit ut omnia solent esse, quae me velle scis, te vehementer etiam atque etiam rogo. Vale.

41. M. CICERO S. D. T. FABIO.

Ad famil. lib. 5. Epist. 18.

E T si egomet, qui te consolari cupio, consolandus ipse sum, propter ea quod nullam rem gravius iam dissimuli, quam incommodum tuum: tamen te magnopere non hortor solum, sed etiam pro amore nostro rogo atque oro, ut te colligas, virumque praebas et qua condicione omnes homines, et quibus temporibus nati sum

B 5

1116

LIBER

nam, cogites. Plus tibi virtus tua dedit, quam fortuna abstulit, propterea quod adeptus es, quod non multi homines nori, amisti, quod plurimi homines nobilissimi. Ea denique videtur conditio impendere legum iudiciorum, temporum, ut optime actum cum eo videatur esse, qui quam levissima poena ab hac Rep. discesserit. Tu vero qui & fortunam & liberos habes, & nos ceterosque necessitudine & benevolentia tecum conjunctissimos: quibus magnam facultatem sis habiturus nobiscum, & cum omnibus tuis vivendi, & cum unum sit iudicium ex tam multis, quod reprehendatur, ut quod una sententia, eaque dubia, potentiae alicujus condonatum existimetur, omnibus his de causis debes istam molestiam quam levissime ferre. Meus animus erit in te liberosque tuos semper, quem tu esse vis, & qui esse debet, Vale.

42. M. CICERO TREBATIO S. D.
Ad famil. 6. Epist. 12.

Dolobellam antea tantummodo diligebam, obligatus ei nihil eram, nec enim acciderat mihi opus esse, & ille mihi debebat, quod non de fueram eius periculis. Nunc tanto sum devinctus ejus beneficio, quod & antea in re, & hoc tempore, in salute tua cumulatissime mihi satisfecit, ut nemini plus debeam. Quam re tibi gratulor ita vehementer, ut te quoque mihi gratulari, quam gratias agere molerem. Alterum omnino

PRIMUS

non desidero, alterum vero facere poteris. Quod reliquum est, quando tibi virtus & dignitas tua reditum ad tuos aperuit, est tuae sapientiae, magnitudinisque animi, quid amiseris oblivisci, quid recuperaris cogitare. Vives cum tuis, vives nobiscum. Plus acquisivisti dignitatis, quam amisti rei familiaris, quae ipsa tamen esset jucundior, si ulla res esset publica. Nestorius noster familiaris ad me scripsit, te mihi maximas gratias agere. Haec praedicatio tua mihi valde grata est, eaque te uti facile patior, cum apud alios, tum me hercule apud Syro-nem nostrum amicum. Quae enim facimus, ea prudentissimo cuique maxime probata esse volumus. Te cupio videre quamprimum, Vale.

43. CICERO TREBATIO S. D.
Ad famil. lib. 7. Epist. 14.

Crisippus Vectius Cyri architecti libertus fecit, ut te non immemorem putarem mei, salutem enim verbis tuis mihi nunciavit. Valde iam laetus es, qui gravere literas ad me dare, homini praesertim prope domestico. Quod si scribere oblitus es, minus multae jam te advocato, causa cadent: Sin nostri oblitus es, dabo operam, ut istuc veniam antea, quam planae ex animo tuo effluam. Sin aestivorum timor te debilitat, aliquid cogita, ut fecisti de Britannia. Illud quidem perlibenter audivi ex eodem Crisippo, te esse Caesari fami-

L I B E R

familiarē. Sed me hercule malle[m] id quod erat ^{con-}quius, de tuis rebus ex tuis literis quam sepiſſimē cognoscere, quod certi ita fieret, si tu maluiſſes benevolentia, quam litium ſtra perdiscere. Sed hæc jocati sumus, & tuo more, & non nihil etiam nostro, te valde amamus, nosq; à te amari tum volumus, tum etiam confidimus. Vale.

44. CICERO CASSIO S.
Ad famil. lib. 12 Epist. 8.

Scelus affinis tui Lepidi, summamq; levitatem & inconstantiam, ex actis, quæ at te mitti certò scio, cognoscere te arbitror. Itaq; nos confecto bello, ut arbitrabamur, renovatum bellum gerimus, spemq; omnem in D. Bruto & Planco habemus, si verum queris, in te & in meo Bruto non solum ad præsens perſugium, si (quod olim) adversi quid acciderit, sed etiam ad confirmationem perpetua libertatis. Nos hic de Dolobella audiebamus, quæ vellemus, sed certos autores non habebamus. Te quidē magnum hominem & præſenti judicio, & reliqui temporis expectatione scito esse. Hoc tibi proposito, fac ut ad summa contendas. Nihil est tantum, quod non populus Rom. à te perſici atq; obtineri possit. Judicet, Vale.

45. M. T. CICERO LEPIDO S. D.
Ad famil. lib. 10, Epist. 27.

Quod

P R I M U S.

Quod mihi pro mea summa erga te benevolentia magna cura est, ut quam amplissima dignitas sis molestè tuli. te Senatui gratias non egisse, cum es ab eo ordine ornatus summis honoribus. Pacis inter civis conciliande te cupidum esse lætor. Facem eam si à servitute se jungis, consules & Reipub. & dignitati tue: Sin ista pax perditum hominem in possessionem impotentissimi domitatus restituta est, hoc anime scito omnes sanos ut mortem servituti anteponant. Itaque sapientius meo quidem judicio facies, si te in istam pacificationem non interpones, quæ neq; senatui, neq; populo, neq; cuiquam bono probatur. Sed hæc audies ex alijs, aut certior fies literis. Tu pro tua prædentiâ, quod optimum factu sit, videbis, Vale.

46. CICERO PLANCO IMP. COS DES. S.
Ad famil. lib. 10, Epist. 2.

Meu[m] studium honori tuo pro necessitudine nostra non defuiſſet, si aut tunc in senatum, aut honestè venire potuiſſem. Sed nec sine periculo quibusquam libere de Reipub. sentiens versari potest in summa impunitate gladiatorum, nec nostræ dignitatis videtur esse, tibi sententiam de Reipub. dicere, ubi me & melius & proppius audiant armati, quam senatores. Quapropter in privatis rebus nullum neq; officium, neq; studium meum desiderabis, sine in publicis quibus

dehis

LIBER

ut ego inueni non per
 dem, si quid erit, in quo interesse necesse sit, nunquam de-
 ro, nec cum periculo quidem meo, dignitati tue. In his
 autem rebus, quae nihilominus, ut ego absum confici possunt,
 sunt peto à te, ut mei rationem habere velis, & saluus &
 dignitatis meae, Vale.

47. M. CICERO PAPIRIO PÆTO S. D.,
 Ad famil. lib. 9. Epist. 29.

T Amen à malitia non discedis, tenuiculo apparatus
 significas Balbum fuisse contentum. Hoc videris
 dicere, cum reges tam sint continentes, multo ma-
 gis consularibus esse oportere. Nescis, me ab illo omnia
 expiscatum recta enim à porta domum meam venisse,
 neq; hoc admiror, quod non ad tuam potius, sed illud,
 quod nec ad suam. Ego autem triōs primis verbis, quid
 noster Pætus? Ad ille adjurans, nusquam se nunquam li-
 bentius. Hoc si verbis affecutus es, aures ad te afferam
 non minus elegantes. Sin autem obsonio, peto à te, ne
 pluris esse balbos, quam disertos putes. Me quotidie ali-
 quid ex alio impedit. Sed si me expediero, ut in ista loca
 venire possim, non committam, ut te serò à me certior em
 factum putes, Vale.

48. TREBONIUS CICERONIS.

Ad famil. lib. 12. Epist. 16.

Si vales bene est, ego quidem valeo. Athenas veni
 ad XI. Calend. Iunias, atque tibi, quod maxime
 optabam,

PRIMUS.

optabam, vidi filium tuum, deditum optimis studiis &
 summaq; modestia fama. Qua ex re quantam volu-
 ptatem ceperim, scire potes etiam me tacente. Non enim
 nescis, quanti te faciam, & quam pro nostro reterris-
 mo verissimoq; amore omnibus tuis etiam minimis com-
 modis, non modò tanto bono gaudeam. Noli putare
 mi Cicero, me hoc auribus tuis dare. Nihil adolescen-
 te tuo, atq; adeo nostro (nihil enim mihi à te potest esse
 sejunctum) aut amabilius omnibus ijs, qui Athenis
 sunt, est, aut studiosius earum artium, quas tu maxi-
 mè amas, hoc est optimarum. Itaq; tibi, quod ve-
 rè facere possam, libenter quoque gratulor, nec mi-
 nus etiam nobis, quod cum, quem necesse est diligere,
 qualiscunq; esset, talem habemus, ut libenter quoque
 diligamus. Qui cum mihi in sermone iniecisset, se
 velle Asiam visere, non modò invitatus, sed etiam ro-
 gatus est à me, ut id potissimum nobis optinendibus
 provinciam faceret. Cui nos & charitate & amore
 tuum officium præstituros, non debes dubitare. Illud
 quoq; eris nobis cura, ut Cratippus unà cum eo sit, ne
 putes in Asia feriatum illum ab ijs studiis, in qua tua
 cohortatione incitatur, futurum. Nam illum para-
 tum, ut video, ingressum pleno gradu, cohortari non
 intermitteremus, quo indies longius discendo exercendoz
 se procedat. Vos quid egeretis in Republica, cum has
 literas dabam, non sciebam. Audiebam quaedam turbu-
 lenta, quæ scilicet capio esse falsa, ut aliquando orio-
 sa liberæ

sa libertate fruamur, quod vel minime adhuc mihi con-
 digni. Ego tamen nactus in navigatione nostra pusillum
 laxamenti communi tibi munusculum ex instituto meo,
 & dictum, cum magno nostro honore à te dictum, con-
 clusi, & tibi infra subscripsi: In quibus versiculis, si tibi
 quibusdam verbis Euthyrimonsteros videbor, tarpitu-
 do personæ ejus, in quam liberius invehimur, nos vindi-
 cabit. Ignoscet etiam iracundie nostræ, quæ justa est in
 ejusmodi homines & cives. Deinde qui magis hoc Lu-
 cio licuerit assumere libertatis, quam nobis? cum utiam si
 odio pari fuerit in eos, quos lesit, tamen certè non ma-
 gis dignos habuerit, in quos tanta libertate verborum
 incurreret. Tu, sicut mihi pollicitus es, adjunges me
 quamprimum ad tuos sermones. Namq; illud nos dubito,
 quin, si quid de interitu Cæsaris scribas, non patiaris, me-
 ninimã partem & rei & amoris tui ferre, Vale, &
 matrem meosq; tibi commendatos habe, Dat. VII. Cal-
 lend. Iun. Athenis.

49. CICERO CVRIO S. D.
 Ad Attic. lib. 7. Epist. 31.

Facile perspexi ex tuis literis, quod semper stu-
 dii, & me à te plurimi fieri, & te intelligere,
 quam mihi charus esses. Quod quando uterq; no-
 strum consecutus est, reliquum est, ut officiis certe-
 mus inter nos, quibus equò animo vincam te, vel
 vincar

vincar abs te. Acilio non fuisse necesse meas dare literas
 facile patior. Sulpitij tibi operam, intelligo ex tuis lite-
 ris, non multorum opus fuisse, propter ~~reliquas~~ ita con-
 tractas, ut quemadmodum scribis, nec caput, nec pedes.
 Equidem vellem, ut pedes haberent, ut aliquando redire
 res. Vides enim exaruisse jam veterem urbanitatem, ut
 Pomponius noster suo jure possit dicere, nisi nos pauca
 retineamus gloriam antiquam Atticam: ergo is tibi, non
 ei succedimus. Veni igitur queso, ne tantum semen urba-
 nitatis una cum Repub, intereat, Vale.

50. CICERO ACILIO PROCO S. D.
 Ad famil. lib. 13. Epist. 31.

In Halesina civitate tam lauta tamq; nobili, conjun-
 ctissimos habeo & hospitio & familiaritate, M. &
 C. Clodios, Archatum, Philonem. Sed vereor, ne,
 quia complures tibi præcipue commendo, exequare vi-
 dear ambitione quadam commendationes meas, quan-
 quam à te quidem cumulata satisfi, & mihi & meis o-
 mnibus. Sed velim sic existimes, hanc familiam & hos me-
 hi maxime esse conjunctos vetustate officijs benevo-
 lentia. Quamobrem peto à te majorem in modum, ut his
 omnibus in rebus, quantum tua dignitas fidesq; patietur,
 commodes: Id si feceris, erit mihi vehementissime græ-
 tum, Vale.

51. CICERO ACILIO PROCO S. D.
 Ad famil. lib. 23. Epist. 34.

Cicero Octavio Nasone utor familiarissimo. 114
 profus, ut illius ordinis nullo familiarium. Nam
 & humanitate ejus, & probitate in consuetudine
 quotidiana, magnoperè delector. Nihil jam opus est ex
 pectare te, quibus eum verbis tibi commendem, quo sic u-
 bor, ut scripsi: Habet is in provincia tua negotia, que
 procurant liberti, Hilarius, Antigonus, Demonstratus,
 quos tibi, negotiaq; omnia Nasonis, non secus commenda-
 do, ac si mea essent. Gratissimum mihi feceris, si intelle-
 xero, hanc commendationem magnum apud te pondus
 habuisse, Vale.

92 CICERO ACILIO PROCOS. S. D.
 Ad famil. lib. 11. Epist. 35.

Avilum mihi hospitium est cum Lysonis Lysonis fi-
 lio Lylibetano, valdeq; ab eo observor: cognoviq;
 dignum & patre & avo, est enim nobilissima fa-
 milia. Quapropter commendo tibi majorem in modum
 rem domumq; ejus, magnosq; opere abs te peto cures, ut is
 intelligat, meam commendationem maximo sibi apud te
 adjumento & ornamento fuisse, Vale.

53. CICERO ACILIO PROCOS. S.
 Ad famil. lib. 13. Epist. 13.

Cicero Aviano Philoxenus, antiquus est hospes me-
 us, & præter hospitium valde etiam familiaris,
 quem Cesar meo beneficio in Novocomenses retu-
 lit. Nomen autem Aviani consecutus est, quod ho-
 mine

mine nullo plus est usus, quam Flacco Aviano meo quem
 admodum te scire arbitror, familiarissimo. Quæ ego o-
 mnia collegi, ut intelligeres, non vulgarem esse commen-
 dationem hanc meam. Petò igitur abs te, ut omnibus
 rebus quod sine molestia tua facere possis, & commo-
 des, habeasq; in numero tuorum, perficiasq; ut intelli-
 gat, has literas meas magno sibi usui fuisse. Erit id mihi
 majorem in modum gratam, Vale.

54. CICERO PLANCO IMP. COS. DES. S.
 Ad famil. lib. 10. Epist. 11.

Vt primum potestas data est agende dignitatis
 tus, nihil prætermisi, in te ornando, quod positum
 esset aut in præmio virtutis, aut in honore verbo-
 rum. id ex ipso senatus consulto poteris cognoscere, illa
 enim est perscriptum, ut à me de scripto dicta sententia
 est, quam senatus frequens secutus est summo studio, ma-
 gnoq; consensu. Ego quamquam ex tuis liberis, quas mihi
 misisti, perspexeram, te magis judicio honorum quam
 insignibus gloriæ delectari, tamen considerandum nobis
 existimavi, etiamsi tu nihil postulares, quantum tibi à
 Repub. deberetur. Tu contexes extrema cum primis.
 Qui enim M. Antonium oppresserit, is bellum confecerit.
 Itaq; Homerus non Ajacem nec Achilem, sed Ulysses,
 appellavit polipordon, Vale.

55. CICERO CASSIO S.
 Ad famil. lib. 10. Epist. 14.

Vi statum rerum fuerit tum, cum has literas deo
di scire poteris, ex C. Tidio Strabone viro bono.

Quod optime de Republica sentiente, nam quiddam
eam, cupidissimo tui, qui domo & fortunis relictis, ad te
possimum profectus sit. Itaq; eum tibi ne commenda-
quidem, advenit ut ipse ad te satis eum tibi commenda-
bit. Tu velim sic existimes, tibiq; persuadeas, omne perso-
natum fugium honorum ut te & Bruto esse positum, si quod ho-
lim, adversi quid evenerit. Res, cum haec scriberem, erat
an extremum haudqua die in me. Brutus enim Mutina vix
quam sustinebat. Qui si conperitus erit, viciniam, su-
quod a Diomene avertant, oppressus tibi erit, omnis om-
nium cursus est ad vos. Primum fac tantum animura
habere, tantumq; apparatus, quanto opus est ad vos,
perjam Rempublicam recuperandam, vale.

56. CICERO CORNIFICIO COLLEGAE S.

Ad famil. lib. 12. Epist. 17.

Grata mihi vehementer est memoria nostri tua
quam significasti literis, quam ut conferres, (non
quod de tua constantia dubitem, sed quia mos est
ita rogandi) rogo. Ex Syria nobis tumultuosiora que-
dam nunciata sunt, quae quia tibi sunt propria, quam
nobis, tua me causa magis movent, quam mea. Romae
summum otium est, sed ita, ut malis salubre aliquod
& honestum negotium, quod spero fore, quia video, id
cursu

cursu esse Casari. Me scito, dum tu abes quasi occasio-
nem quandam & licentiam nactum, scribere audacius,
& cetera quidem fortasse, quae etiam tu concederes. Sed
proxime scripsi de optimo genere dicendi, in quo sepe
suspectus sum, te a iudicio nostro, sic scilicet ut doctum
hominem a non indocto, paululum discidere. Huic in li-
bro maxime velim ex animo, si minus, gratiae causa sus-
fragere. Dicam tuis, ut eum, si velint, describant, ad teq;
mittant. Puto enim, etiamsi rem minus probabis, tamen in
ista solitudine, quicquid a me profectum sit, jucundum
tibi fore. Quod mihi existimationem tuam dignitatemq;
commendas, facis tu quidem omnium more, sed velim
existimes, me, cum amori, quem inter vos mutuum es-
se intelligam, plurimum tribuam, tum de summo inge-
nio, & de optimis tuis studiis, & de spe amplissimo di-
gnitatis ita iudicare, ut neminem tibi anteponam, com-
parem paucos, Vale.

57. CICERO THERMO PROPRAET.

S. Ad famil. lib. 13. Epist. 55.

Quia multa mihi grata sunt, quae tu adductus meae
commendatione fecisti, tum imprimis, quod M.
Marcilium amici atq; interpretis mei filium libe-
ralissime tractavisti. Venit enim Laodiceam, & tibi
apud me, mihiq; propter te gratias maximas egit. Quae
re quod reliquum est, a te peto, quando apud gratos ho-
mines beneficium ponis, ut eo libentius his commodos
operamq; des, quod si fides tua patietur, ut socius ado-
lescentem

LIBER

descentis res non fiat. Ego cum antea studiosè commenda-
dabam Marcilium, tum multò nunc studiosius, quòd in
longa apparitione singularem & prope incredibilem
patris Marcilij fidem, abstinentiam modestiamq; cog-
nori.

LIBER SECUNDVS.

1. M. T. CICERO. T. P. ATTICO.
Ad Attic. lib. 3. Epist. 27.

Ex tuis literis, & ex re ipsa nos funditus perisse
video. Te oro, ut quibus in rebus mei tuis indi-
gebunt, nostris miseris ne desis. Ego te ut scribis,
sicut video: Plura non scribo. Cura ut valeas.

2. CICERO ATTICO S.
Ad Attic. lib. 3. Epist. 21.

Triginta dies erant ipsi, cum has dabam literas,
per quos nullas à vobis acceperam. Mibi autem
erant in animo, jam, ut antea ad te scripsi, ire in E-
peirum, & ibi omnem casum potissimum expectare. Te
oro, ut si quid erit, quod perspicias, quamcumq; in par-
tem quam plenissimè ad me scribas, & meo nomine ut
scribis, literas, quibus putabis opus esse, ut des. Vale. V.
Calend. Nov. Thessalonice.

CICERO

SECUNDUS.

3. CICERO ATTICO S.
Ad Attic. lib. 3. Epist. 4. pars.

Ego quòd per Thessaliam si irem in Epeirum, per-
diu nihil eram auditurus, & quòd mei studiosos,
habeo Dyrrhachinos, ad eos perrexi, cum illa su-
periora Thessalonice scripsissem. Inde cum ad te ma-
uertam faciam ut scias, tuq; ad me velim omnia quam
diligentissimè, cuiusmodi sint scribas. Ego jam aut rem,
aut ne spem quidem exspecto. Vale. VI. Calend. Decemb.
Dyrrachij.

4. CICERO P. ATTICO S.
Ad Attic. lib. 3. Epist. 4.

Cum antea maximè nostris interesse arbitrabar te
esse nobis cum, tum verò, ut legi rogationem, intellexi
ad iter id, quod constitui, nil mihi optatius cade-
re posse, quàm ut tu me quamprimum consequare, ut,
cum ex Italia profecti essemus, siue per Epeirum iter
esset faciendum, tuo, tuorumq; presidio niteremur, siue
aliud quid agendum esset, certum consilium à tua senten-
tia rapere possemus. Quamobrem te oro, des operam, ut
me statim consequare, quod facilius potes, quoniam de
provincia Macedonia perlatà lex est. Pluribus verbis
tecum agerem, nisi pro me apud te res ipsa loqueretur,
Vale.

5. CICERO ATTICO S.
Ad Attic. lib. 3. Epist. 2.

C 4

Itiner

LIBER

I Tineris nostri causa fuit, quod non habebam locum ubi pro meo jure diutius esse possem, quam in fundo Siceæ, præsertim nondum rogatione correctâ, & si mul intelligebam, ex eo loco si iter haberem, posse me Brundisium referre, sine te autem non esse nobis illas partes tenendas, propter Antonium. Nunc, ut ad te antea scripsi, si ad nos veneris, consilium totius rei captemus. Iter esse molestum scio, sed tota calamitas omnes molestias habet. Plura scribere non possum, ita sum animo percussus & abjecto. Cura ut valeas. Dat. VI. Id. April. Thurij Læticæ.

6. CICERO ATTICO S.

Ad Attic. lib. 3. Epist. 3.

V Tinam illum diem videam, cum tibi agam gratias, quod me vivere cœgisti. Adhuc equidem valde me penitet, sed te oro, ut ad me Vibonem statim venias, quo ego multis de causis converti iter in eum. Sed eod si veneris, de toto itinere ac fuga mea consilium capere potero. Si id non feceris, mirabor, sed confido, te esse omnino facturum, Vale.

7. CICERO ATTICO S.

Ad Attic. lib. 3. Epist. 5.

T erentia tibi & sepe & maximas gratias agit, id est mihi gratissimum: ego vivo miserrimus, & maximo dolore conficior. At te quid scribam, inescio. Si enim es Romæ jam me assequi non potes, sin es in via, cum eris me assecutus, coram agemus, que erunt agenda.

SECUNDUS.

genda. Tantum de oro, ut quoniam me ipsum semper amasti, eodem amore sis. Ego enim idem sum. Inimici mei meam mihi, non me ipsum ademerunt. Cura ut valeas. VIII. Idib. April. Thurij.

8. CICERO ATTICO S.

Ad Attic. lib. 3. Epist. 9.

N ON fueras mihi dubium, quin te Tarenti aut Brundisij visurus essem, idque ad multa pertinuis in eis, & ut in Epeiro consisteremus, & de reliquis rebus tuo consilio uteremur, quoniam id non contigit, erit hoc quoque in magno numero nostrorum malorum. Nos iter in Asiam, maxime Cizicum, tibi meos commendo, me vix miserèq; sustento. Vale. Dat. XIII. Calend. Maij. Tarenti.

9. CICERO ATTICO S.

Ad Attic. lib. 2. Epist. 25.

P OST tuum à me discessum literæ mihi Romæ allatæ sunt, ex quibus perspicio, nobis in hac calamitate tabescendum esse neque enim (sed bonam in partem accipies) si ulla spes salutis nostræ subesset, tu pro tuo amore in me hoc tempore discessisses. Sed ne in gratias, vel ne omnia velle nobiscum una interire videamur, hæc committo, illud abs te peto, des operam, id quod mihi affirmasti, ut te ante Cal. Ian. ubicumque erimus, sistas, Vale.

10. CICERO ATTICO S.

Ad Attic. lib. 3. Epist. 16.

LIBER

Totum iter mihi incertum facit expectatio literarum tuarum Cal. Sextil. daturum, non aliud aliud quid, si spes erit. Epeirum, sin minus Cyzicum, aut aliud aliquid sequemur. Tuae quidem literae, quo saepius a me leguntur, hoc spem faciunt mihi minorem, quod cum lecta sunt, tum id, quod attulerunt ad spem, infirmant, ut facile appareat, te & consolationi servire, & veritati. Idcirco te rogo plane, ut ad me, quae scis, ut erunt, quae putabis, ita scribas, Vale. Dat. XII. Calend. Sept.

11. CICERO ATTICO S.
Ad Attic. lib. 3. Epist. 18.

Expectationem nobis non parvam attuleras, cum scripseras. Varronem tibi pro amicitia confirmasse causam nostram Pompejum, certe suscepturum, & simul ac a Cesare ei literae, quas expectares, remissae essent, autorem etiam daturum. Verum id nihil fuit, an adversata sunt Caesaris literae? an est aliquid in spe? etiam illud scripseras, eundem secundum comitia dixisse. Fac (si vides, quantis in malis jaceam, & si putas esse humanitatis tuae) me fac, de tota causa nostra certiozem. Nam quintus frater, homo mirus, qui me tam valde amant, omnia mittit spei plena, metuens, credo, defectionem animi mei. Tuae autem literae sunt variae, neque enim me desperare vis, nec temere sperare. Fac, obsecro te, ut omnia, quae a te prospici possunt, sciamus. Vale.

C 10

SECUNDUS

12. CICERO ATTICO S.
Ad Astia. lib. 3. Epist. 11.

Mae tuae literae, & quidem boni nuntii, non optimis tamen autoribus, & expectatio vestrarum literarum, & quod tibi ita placuerat, ad huc Thessalonica tenebant. Si accepero literas, quas expecto, si spes erit ea, quae rumoribus afferebatur, ad te conferam, si non erit, faciam te certiozem quid egerim. Tu me, ut facis, operae, consilio, gratia iura, consolari iam desine, objurgare vero non. Quod cum facis, ut ego iuniorum amorem & dolorem desidero, quem ita affectum mea omnium esse arbitror, ut te ipsum consolari nemo possit. Quintum fratrem optimum humanissimumque sustenta. Ad hinc, obsecro te, ut omnia certa per scribas, Vale. Dat. IV. Cal. Quint.

13. CICERO ATTICO S.
Ad Attic. lib. 3. Epist. 4.

Miseria nostra potius velim, quam inconstantia tribuas, quod a Vibone, quod te arcessebamur subito discessimus. Allata est enim nobis rogatio de pernicie mea, in qua quod confectum esse audieramus, etiam huiusmodi, ut mihi ultra quadraginta millia liceret esse. Illocum pervenire non liceret, statim iter Brundisium, versus contuli ante diem rogationis, ne & Sicca, apud quem erat, periret, & quod milite esse non licebat. Nunc tu pro opera, ut nos consequare, si modo recipiemur. Ad huc invitamur benigne, sed quod super est, timemus. Me

mā

mi Pomponi, valdè poenitet vivere, quia in re apud me
tu plurimum valuisti: Sed hæc coram, fac modo ut venis
as, Vale.

14 CICERO ATTICO S.
Ad Attic. lib. 1. Epist. 14.

Asciam Quinto suavisimo fratri obtigisse audisti.
Non enim dubito, quin celerius tibi hæc rumor,
quam ullius nostrum literæ nunciarint. Nunc quo-
riam & laudis avidissimi semper sumus, & præter ce-
teros philhellines & sumus & habemur, & multorum,
odio atq; inimicitias Reip. causa suscepimus pantyræa-
lis nuntio. curaq; & efficit ut ab omnibus & laudemur
& amemur. His de rebus plura ad te in ea Epistola scri-
bam, quam ipsi Quinto dabo. Tu me velim certiore fac-
cias, quid de meis mandatis egeris, atq; etiam, quid de tuo
negotio. Nam ut Brundisio profectus es, nulla mihi abs-
te sunt reddita literæ, valdè arde scire quid agas. Id
Martij, Vale.

15. CICERO ATTICO S.

Ad Attic. lib. 2. Epist. 11.

Volo ames constantiam meam, ludos Antij spectare
non placet. Et enim Hypsiphilam, cum velim viuere
omnium deliciarum suspitionem, repente anaphæ-
deste non solum delicatè, sed etiam inestè peregrinan-
tem. Quare usq; ad Nonas Martias te in Formiano expec-
tao. Tunc fac ut sciam, quomodo die te visuri simus. Ab Ap-
prij hora quarta, dederam aliam paulo ante a tri buo-
lat. ra s, Vale.

Cl

16. CICERO ATTICO S.
Ad Attic. lib. 2. Epist. 12.

Si quibz unq; unq;

Narro tibi, planè relegatus mihi videor, postea
quam in Formiano sum, dies enim nullus erat,
Antij cum essem, quo die non melius scirem Romæ
quid ageretur, quam ij, qui erant Romæ, sed etiam lite-
ra tue non solum quid Romæ, sed etiam quid in Repub-
neq; solum quid fieret, verum etiam quid futurum esses in-
dicabāt. Nunc, nisi, si quid ex prætereunte viatore exce-
ptum est, scire nihil possumus. Quare quanquam jam
te ipsum exspecto, tamen isti puero, quem ad me statim
iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistolam, plea-
nam omnium non modo actorum, sed etiam opinionum
tuarum, ac ditem quo Romam sis exiturus, cura ut sciam
Nos in Formiano esse volumus usq; ad prid. Non. Ma-
jas: eò si ante eum diem non veneris, Romæ te. fortasse
videbo. Nam Arpinum quid ego te invitent? Hæc igitur
cura ut valeas.

17. CICERO ATTICO S.
Ad Attic. lib. 3. Epist. 15.

Quod ad te scripseram, me in Epeiro futurum:
posteaquam extenuari spem nostram & evanesce-
cere vidi, mutavi consilium: Nec me Thessa-
lonica commovi, ubi esse constitueram, quod aliquid ad
me de eo scriberes, quod proximis literis scripseras fo-
re, uti secundum comitia de nobis in senatu ageretur: id
tibi

LIBER

tibi Pompejum dixisse. Qua de re, quoniam comitia habita sunt, tuq; nil ad me scribis, perinde habeo, ac si scripsisses nil esse, neq; temporis non longinqui spe duxeram esse molestè feram. Quem autem modicum te videre scripseras, qui nobis utilis fore videretur, eum nunciant, qui veniunt nullum fore. In Tr. Pl. Des. reliqua spes est, quam si expectaro, non erit quod putes me causæ meæ ac voluntati meorū de fuisse. Quod me sæpè accusas, cur hunc meum casum tam graviter feram: debes ignoscere: cum ita me afflictum videas, ut neminem unquā nec videris nec audieris. Nam quod scribis de audire, me etiam mentis errore ex dolore affici: mihi però mens integra est: atq; utinam tam in periculo sum esset, cum ego ijs, quibus salutem meam carissimam esse arbitrabar, inimicissimis crudelicissimiq; usus sum: qui, ut me paulum inclinari timore viderunt, sic implerunt, ut omni suo scelere & perfidia abuterentur ad exitium meum. Nunc quoniam jam est Cyzicum nobis eundum, quo rarius ad me literæ perferentur, hoc velim diligentius omnia, quæ putaris me scire opus esse, per scribas. **Q. Fratrem meum fac diligas: quem ego miser, si in solumem relinquo, non me totum periisse arbitrabor, Vale, Dat. Nonis Sexti. Vale.**

15. CICERO ATTICO 3.
Ad Attic. lib. 3. Epist. 13.

EX

SECUNDUS.

EX tuis literis plenus sum expectatione de Pompejo, quid nam de nobis velit, aut ostendat. Comitia enim credo esse habita, quibus absolutis, scribis, illi placuisse agi de nobis. Si tibi stultus esse videor, quid sperem, facio tuo jussu, & scito de ijs Epistolis me potius, quam mea spe solitum esse remorari. nunc velim mihi planè perscribas, quid videas. Scio nos nostris multis peccatis in hanc arumnam incidisse, ea si qui casus ex parte correxerit, minus molestè seremus nos vixisse, & adhuc vivere. Ego propter vie celebratam & quotidianam expectationem rerum novarum non commovi me adhuc Thessalonica, sed jam extrudimur, non à Plancio (nam is quidem retinet) verum ab ipso loco minime apposito, ad tolerandam in tanto luctu calamitatem. In Epeirum ideo ut scripseram, non ixi, quòd subito mihi adversi nuncij venerant & literæ, quare nihil esset necesse quam proximè Italiam esse. **Hinc si aliquid à comitijs audiverimus, nos in Asiam convertemus, neq; adhuc stabat, quò potissimum, sed scies, Vale. XII. Cal. Sexti. Thessalonica.**

19. CICERO ATTICO. S. D.
Ad Attic. lib. 4. Epist. 14.

Nestorius noster me per literas facit certiorè Roma ad VI. Idus Maij, putare te profectum esse tardius, quàm dixerat, quod minus valuisses, si iam melius vales, vehementer gaudeo. Velim domum

ad

ad tuos scribas, ut mihi tui libri pateant, non secus, ac si ipse adesses, cum ceteri, tum Varronis. Est enim mihi utendum quibusdam rebus ex ijs libris ad eos, quos in manibus habeo, ut spero, tibi valde probare. Tu velim si quid forte novi habes, maxime à Quinto fratre, dea in te à Cesare, & si quid de comitijs, de Repub. forte (soles enim tu hæc festiue odorari) conscribas ad me. Si nihil habebis, tamen scribas aliquid, nunquam enim mihi tua epistola aut intempestiva aut loquax visa est. Maxime autem rogo, rebus tuis totoq; itinere ex sentia confectio, nos quamprimum revisas. Dionysium iube salutare. Cura ut valeas.

20. CICERO P. ATTICO S.
Ad Attic. lib. 5. Epist. 3.

AD VI. Idus Majas veni in Trebulanum ad Pontium, ibi mihi tuæ literæ binæ redditæ sunt, tertio abs te die. Eodem autem ex ejus Pompejano Philotimo dederam abs te literas, nec verò nunc erat sanè, quid scriberem. Qui de Repub. rumores scribere queso: In oppidis enim summum video timorem, sed multa inania, quid de ijs cogites, & quando scire velim. Ad quas literas tibi rescribi velis, nescio, nullas enim adhuc acceperam, præter quæ mihi binæ semel in Trebulano redditæ sunt, quarum alteræ edictum P. Siccini habebant (erant autem Non. Majis datæ) altera rescripta ab meo Minturnenses. Quam vereor

vereor, ne quid fuerit spudeoteron in ijs, quas non accepi quibus rescribi vis. Apud Lentulum ponam te in gratiam. Dyonisius nobis cordiest. Nicanor tuus operam mihi dat egregiam. Iam deceat quod scribam: & licet Beneventi: cogitabam hoc de nostra continentia & diligentia esse satis, faciemus satis, Lucio Pontio. Ex Trebulano, ad V. Id. Maj.

21. CICERO ATTICO. S. D.
Ad Attic. lib. 3. Epist. 6.

Tarentum veni ad XV. Cal. Iun. quòd Pontinum statueram expectare. Commodissimum duxi dies eos, quoad ille veniret, cum Pompejo consumere: eoq; magis, quod ei gratum esse id videbam, qui etiam à me petierat, ut secum & apud se essem quotidie, quod concessi libenter, multos enim ejus præclaros de Repub. sermones accipiebam, instruor etiam consiliis idoneis ad hoc nostrum negocium. Sed ad te brevior jam in scribendo incipio fieri, dubitans Romæ nescis, an jam profectus. Quod tamen quoad ignorabo, scribam aliquid potius, quam committam, ut tibi cum possint reddi à me literæ, non reddantur, nec tamen jam habeo, quid aut mandem tibi, aut narrem. Mandavi omnia quidem, quæ tu ut possideris, exhauries: Narrabo cum aliquid habeo novi. Illud tamen non desinam, dum adesse putabo, de Cesaris nomine rogare, ut confectum relinquant. Avidè expecto tuas literas, & maxime, ut norim tempus profectionis tuæ. Vale.

12. CICERO P. ATTICO S.
Ad Attic. lib. 7. Epist. 4.

Dionysium flagrantem desiderio tui misi ad te, nee me hercule a quo animo, sed fuit concedendum. Quem quidem cognovi cum doctum (quod mihi iam ante erat notum) tum sanctum plenum officij, studiosum etiam mea laudis, frugi hominem, ac me libertinum laudare videar, plane virum bonum. Pompejum vidi. IV. Idus Decemb. fuimus una hora duas ferè magna letitia mihi visus est affici meo adventu, de triumpho hortari, suscipere partes suas, monere, ne ante in senatum accederam quam rem consecissem, ne dicendis sententijs aliquem tribunum alienarem. Quid quaris? in hoc iudicio & officio sermonis nihil potuit esse prolixius. De Repub. autem ita mecum locutus est, quasi non dubium bellum haberemus: nihil ad spem concordia: plane illum à se alienatum, cum ante intelligeret, tum verò proxime iudicasse? venisse Hirtium à Cesare, qui esset illi familiarissimus, ad se non accessisse: & cum ille ad VIII. Id. Dec. vesperti venisset, Balbus de tota re constituisset, ad VII. ad Scipionem ante lucem venisse: multa de nocte profectum esse ad Caesarem, hoc illi teomiriodes videbatur esse alienationis. Quid multa? Nihil me aliud consolatur, nisi quòd illum, cui etiam inimici alterum consolatum fortuna summam potentiam dederit, non arbitror fore tam amicum, ut hæc in discrimen adducat, quòd si rueret

re ca.

re ceperit, ne ego multa timeo, quæ non audeo scribere, sed, ut nunc est, ad III. Non. Ian. ad urbem cogito, Vale.

23. CICERO ATTICO S. D.
Ad Attic. lib. 7. Epist. 6.

Plane deest, quid ad te scribam, nota omnia tibi sunt, nec ipse habeo, à te quod expectem. Tantum igitur nostrum illud solenne servemus, ut nec quem istuc euntem sine literis demittamus. De Repub. valde timeo, nec adhuc ferè sperni, qui non concedendum putaret Cesari quod postularet, potius quam depugnandum. Est illa quidem impudens postulatio opinione valentior. Cur autem nunc primum ei resistamus ugar an tudemi zonepitokakon, quam cum quinquennium prorogabamus, aut eum absentis ratio haberetur, ferebamus. Nisi forte hæc illi tum arma dedimus, ut nunc cum bene parato pugnaremus. Dices, Quid tu igitur sensurus es? Non idem quod dicturus, sentiam enim omnia facienda, ne armis decertetur. Dicam idem quod Pompejus, neq; id faciam humili animo, sed rursus hoc per magnum Reipub. malum est, & quodammodo mihi præter cæteros, nam rectum, me in tantis rebus à Pompejo disside-

re ca. Vale.

24. CICERO ATTICO S.
Ad Attic. lib. 7. Epist. 10.

D 2

Sabito

Subito consilium cepi, ut antequam lucret, exirem
ne quid conspectus fieret, aut sermo, lictoribus praesertim laureatis. De reliquo, neq; hercule quid agam, nec acturus quid sim, scio, ita sum per turbatus te meritate nostri amentissimi consilij. Tibi verò quid suadeam, cuius consilium expecto? Cneus noster quid consilij caperit, capiatue nescio adhuc in oppidis coarctatus, seorsum tens omnes. Si in Italia consistat, erimus una, sine ceteri, consilij res est, adhuc certe (nisi ego insanio) stulticia omnia, & incaute. Tu quaso ad me crebro scribe, vel quod in Buccam venerit, Vale.

25. CICERO P. ATTICO S.

Ad Attic. lib. 7. Epist. 18.

Nihil habeo, quod ad te scribam, quin etiam eam
Epistolam, quam eram elucubratus, ad te non dedi. erat enim plena spei bonae, quod & concionis voluntatem audieram, & illum conditionibus usurum putabam praesertim suis. Ecce tibi IV. Non. Feb. mane accepi literas tuas, Philotimi, Furnij, Curonis ad Furnium, quibus irridet L. Caesaris legationem. Planè oppressi videmur, nec quid consilij capiam, scio nec me hercule de me laboro, de pueris quid agam, non habeo. Capuam tamen proficicebar haec scribens, quo facilius de Pompeij rebuscognoscere, Vale.

26 CICERO ATTICO S. D.

Ad famul. lib. 7. Epist. 19.

Brepila

Breviloquentem iam me tempus ipsum facit, pacem enim desperavi. Bellum nostri nullum administrant. Cave enim putes quicquam esse minoris his Cos. quorum ego iussis spe audiendi & cognoscendi nostri apparatus, maximo imbri Capuam veni prid. No. ut eram iussus. Illi autem nondum venerant, sed erant venturi, inuanes, imparati. Cn. autem Lucretius dicebatur esse, & adire cohortes legionum Aenarum non firmissimarum. At illum rucere nunciant, & iam jamq; adesse, non ut manum conferat (qui cum enim) sed ut fugam intercludat. Ego autem in Italia ke sinapothanin, nec te in consulo, si extra quid ago? Ad manendum hyems, lictores, improvidi & negligentes Duces, ad fugam hortatur amicitia Cn. causa bonorum turpitudine conjungendi cum Tyranno. Qui quidem incertum est, Phalarimne, an Pistratum sit imitaturus. Haec velim explices & me juves consilio. Fisi te ipsum istic jam calere puto, sed tamen, quantum poteris. Ego si quid hic hodie novi cognoro, scies, iam enim aderunt Cos. ad suas Nonas. Tuas quotidie literas expectabo. Ad haec autem cum poteris, rescribas. Mulieres & Cicero nes in Formiano reliqui, Vale.

27. CICERO ATTICO S. D.

Ad Attic. lib. 7. Epist. 21.

Pidem in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. De Pompejo scio nihil, eumq; nisi in

LIBER

nam se contuleris, exceptum iri puto. O celeritatem
 incredibilem. Huius autem nostri? Sed non possum sine
 dolore accusare eum, de quo angor & crucior. Tu ce-
 dem non sine causa times, non quo minus quicquam ce-
 sari expediat, ad diuturnitatem victoriæ & dominatio-
 nis, sed video, quorum arbitrio sit acturus. Recte sit,
 censeo edendum de oppidis his, ego consilij, quod opti-
 mum factu videbitur, facies: cum Philotimo loquere,
 atq; adeo Terentiam habebis idem. Ego quid agam? quæ
 aut terra aut mari persequar eum, quid ubi sit, nescio?
 Etsi terra quidem qui possum? mari, quos tradam igitur
 isti meæ fac posse tutò, multi enim hortantur, num etiam
 honestè? Nullo modo quidem. Petam à te consilium, ut
 soleo. Explicari res non potest, sed tamen, si quid in
 mentem venit, velim scribas, & ipse quid sis acturus,
 Vale.

28. CICERO P. ATTICO S.
 Ad Attic. lib. 7. Epist. 22.

Philotimi literæ me quidem non nimis, sed eos, qui
 in his locis erant, admodum delectarunt. Ecce pos-
 tridie Casij literæ Capua à Lucretio familiari
 ejus, Nigidium à Domitio Capuam venisse, eum dicere
 Vibullium cum paucis militibus è Piceno currere ad Cn.
 confestim sequi Cæsarem. Domitium non habere mili-
 tem unum. Idem scripsit Cos. Capua discessisse. Non
 dubito, quin Cn. in fuga sit, modo effugiat. A consilio
 fugiendi, ut tu censes, absim, Vale.

CICE

SECUNDUS.

29. CICERO ATTICO S.
 Ad Attic. lib. 7. Epist. 28.

Cum dedissem ad te literas tristes, & metuo ne ve-
 ras, de Lucretij ad Cassium literis Capuam missis
 Cephalio venit ad nos, attulit etiam à te literas hi-
 lariores, nec tamen firmas, ut soles. Omnia facilius crea-
 dere possum, quam quòd scribitis, Pompejum exercitum
 habere. Nemo huc ita affert, omniaq; quæ nolim. Orem
 mihi, eram, malas causas seuisper obtinuit, in optima concia-
 dit. Quid dicam, nisi illud, eum nescisse, necq; enim erat
 difficile, hoc nescisse. Erat enim ars difficilis, rectè Remp-
 rezere. Sed jam jamq; omnia scimus, & scribemus ad te
 statim, Vale.

30. CICERO ATTICO S.
 Ad Attic. lib. 8. Epist. 7.

VNum etiam restat, amico nostro ad omne dedecus,
 ut Domitio non subveniat, aut nemo dubitat, quin
 subsidio venturus sit. Ego non puto. Deseret igitur
 talem civem, & eos, quos unà scis esse, cum habeat
 præsertim & ipse cohortes triginta? nisi me omnia sal-
 vant, deseret, incredibiliter pertinuit, nihil spectat, nisi
 fugam, cui tu (video enim quid sentias) me comitem putas
 esse debere. Ego verò quem fugiam habeo, quem sequar
 non habeo. Quod enim tu mecum laudas, & memoran-
 dum dicis, malè quòd dixerim, me cum Pompejo vinci,
 quam cum istis vincere, Ego verò malo, sed cum illo Pom-
 pejo, qui tum erat. aut mihi esse videbatur, cum hoc verò
 qui

L 4

qui ante fugit quam scit, aut quem fugiat, aut quod, qui nostra tradit, qui patriam reliquit, Italiam deseruit. Si malui contingit, victus sum. Quod superest, nec ista videre possum, quæ nunquam timui, ne viderem, nec mehercule istum, propter quem mihi non modò meis, sed me metipso carendum est. Ad Philotimum scripsi de viatico, sive a moneta, nemo enim soluit, sive ab Oppijs, tuis consubernalibus. Cætera apposite tibi mandabo, Vale.

13. CN. POMPEIVS MAGNVS PROCOS. M. CICERONI IMP. S.
Ad Attic. lib. 8. Epist. 14.

Tvas literas libenter legi. Recognovi enim tuam pristinam virtutem, etiam in salute communi, Cos. ad eum exercitum, quem in Apulia habuit venerunt. Maguoperè te hortor pro tua singulari perpetuò studio in Republicam, ut te ad nos conferas, ut communi consilio Reipub. afflictæ opem atq; auxilium seramus. Censeo via Appia iter facias, & celeriter Brundisium venias.

2. CN. MAGNVS PROCOS L. DOMITIO PROCOS. Ad famil. lib. 8. Epist. 18.

Miror, te ad me nihil scribere, & potius ab alijs, quam à te de Republica certiore me fieri. Nos disiecta manu pares adversarijs esse non possumus. Contra actis nostris copijs, spero nos & Reipub. & communi sa-

muni saluti prodesse posse. Quamobrem cum constituis-
ses, ut Vibillius mihi scripserat, ad V. Id. Febr. Corfinio
Proficisci cum exercitus, & ad me venire, miror, quid
causæ fuerit, quare consilium mutaris. Nam illa causa
quam mihi Vibullius scribit, levis est, te propterea morat-
tum esse, quod audieris Cæsarem firmo progressus in ca-
strum Truentinum venisse. Quanto enim magis appro-
bare adversarijs cœperat, eo tibi celerius agendum erat,
ut te mecum conjungeres, prius quam Cæsar aut tnum
iter impedire, aut me abs te excludere posset. Quamo-
brem etiam te rogo, & hortor, id quod non destiti super-
rioribus literis à te petere, ut primo quoq; die Lucrriam
advires ante, quam copia, quas instituit Cæsar contra
here, in unum locum coactæ, nos à nobis distrahant, sed si
erunt, qui te impediant, ut illas suas servent, æquam est me
à te impetrare, ut cohortes, quæ ex Piceno & Camer no-
venerunt, quæ fortunas suas relinquerunt, ad me missum
facias, Vale.

11. CN. POMPEIVS MAGNVS L. DOMITIO S. Ad Attic. lib. 8. Epist. 20.

Literæ mihi à te reditæ sunt ad XIII. Cal. Martij.
in quibus scribis, Cæsarem apud Corfinum castra
posuisse, quod putavi & premori, Fit ut nec in
presentia committere tecum prælium velit, & omnibus
copijs conductis te implicet, ne à me iter expeditum tibi
sit, atq; istas copias conjungere optimorum civium possis.

LIBER

ann his legionibus de quarum voluntate dubitamus, quo magis etiam tuis literis sum commotus. Neque enim eorum militum, quos mecum habeo, voluntati satis confido, ut de omnibus fortunis Reipub. dimicem. Neque etiam, qui ex dilectibus conscripti sunt à Coss. convenerunt. Quare da operam, si ulla ratione etiam nunc efficere potes, ut te explices, & huc quamprimum venias ante, quam omnes copie adversariorum conveniant. Neque enim celeriter ex dilectibus huc homines convenire possunt: & si convenirent, quoniam ijs committendum sit, qui inter se noti sunt, contra veteranas legiones, non te prateritis vale.

24. CICERO P. ATTICO S.

Ad Attic. lib. 3. Epist. 21.

Lippitudinis mee signum tibi sit librarij manus, & eadem causa brevitat. etsi nunc quidem quod scriberem nihil erat. Omnis expectatio nostra erat in municipijs Brundusinis. Si nactus hic esset Cn. nostrum, spes dubia pacis, sin ille ante transmisisset, exitiosi belli metus. Sed videsne in quem hominem incidit Desp. quam acutum & quam vigilantem & quam paratum & Si mehercule aeminem occiderit, nec cuiquam quicquam ademerit, ab ijs qui eum maxime timuerant, maxime diligitur. Multum mecum municipales homines loquuntur, multum rusticani, nihil prorsus aliud curant, nisi agros, nisi villulas, nisi nummulos suos. Es vide, quam conversa res est, illum, cui antea confidebant, prociunt, hunc amant, quem timebant,

SECUNDVS.

timebant, id quantis nostris peccatis vitijseq; evenerit non possum sine molestia cogitare. Que autem impendere putarem, scripseram ad te, & jam tuas licera expectabam, Vale.

25. CÆSAR. IMP. S. D. CICE RONI IMP. Ad Attic. lib. 9. Epist. 7.

Cum Furnium nostrum tantum vidissem, neque loqui, neque audire me commode potuisset, properantem, atque essem in itinere præmissis jam legionibus, præterire tamen non potui quin & scriberem ad te, & illum mitterem, gratiasq; agerem. Etsi hoc officium & feci sepe, & sæpius mihi facturus videor, ita de me mereris. In primis à te peto, quoniam confido me celeriter ad urbem venturum, ut te tibi videam, ut tuo consilio, gratia dignitate, ope omnium rerum, uti possim. Ad propositum revertar, festinationi mee brevitateq; literarum ignoscet, reliqui ex Furnio cognoscet, Vale.

26. CÆSAR OPIO CORNELIO S. Ad Attic. lib. 9. Epist. 9.

GAudeo mehercule, vos significare literis, quam valde probetis, ea que apud Corfinium sunt gesta. Consilio vestro utar libenter, & hoc libentius, quod mea sponte facere constitueram, ut quam lenissimum me præberem, & Pompejum, darem operam, ut conciliarem. Tentemus hoc modo, si possumus omnium voluntates

luntates recuperare, & diuturna victoria uti, quando reliqui crudelitate odium effugere non potuerunt neq; victoriam diutius tenere, præter unum L. Sullam, quem imitaturus non sum. Hæc nova sit ratio vincendi ut misericordia & libertate nos muniamus. Id quemadmodum fieri possit, nonnulla mihi in mentem veniant, & multa reperiri possunt. De his rebus, rogo vos, ut cogitationem suscipiatis. Cn. Magium Pompeij præfectum deprehendi scilicet meo instituto usus sum & eum statim misum feci. Iam duo præfecti fabrum Pompeij meam potestatem venerationem, & à me missi sunt. Si velint grati esse, debebunt Pompejum hortari ut malit mihi esse amicus, quam ijs, qui & illi & mihi semper fuerunt amicissimi, quorum artificijs effectum est, ut Respub. in hunc statum perveniret, Vale.

37. CICERO IMP. S. D. CÆSARI
IMP. Ad Attic. lib. 9. Epist. 14.

VT legitimas literas, quas à Furnio nostro acceperam, quibus mecum agebas, ut ad urbem essem, te velle uti consilio & dignitate mea, minus sum admiratus. De gratia & de ope quid significares, mecum ipse quærebam, spe tamen deducebar ad eam cogitationem, ut te pro tua admirabili ac singulari sapientia, de otio, de pace, de concordia civium agi velle arbitrarer. & ad eam rationem existimabam satis aptam esse naturam & personam meam. Quod si ita est, & si qua
de

de Pompejo nostro tuendo, & tibi de Reip. reconcilianda cura te attingit, magis idoneum, quam ego sum, ad eam causam, profecto reperies neminem, qui & illi semper & senatui cum primum potui, pacis autor fui. Ne sumptis armis belli ullam partem attigi, iudicariq; te eo bello violari contra cuius honorem populi Rom. beneficio concessum, inimici atq; invidi niterentur. Sed ut eodem tempore non modo ipse autor dignitatis tuæ fui, verum etiam cæteris autor ad te iurandum, sic me nunc Pompeij dignitas vehementer movet. Aliquot enim sunt anni, cum vos duos delecti, quos præcipue colerem, & quibus essem, sicut sum, amicissimus. Quamobrem à te peto, vel potius precibus omnibus oro & obtestor, ut in tuis maximis curis aliquid impertias temporis huic quoq; cogitationi, ut tuo beneficio bonus vir, gratus, pius deniq; esse in maximi beneficij memoria possim. Quæ si tantum ad me ipsum pertineret, sperarem me à te, tamen impetraturum, sed arbitror, & ad tuam fidem, & ad Remp. pertinet, me & ad utriusq; vestrum & ad civium concordiam, per te, quam accommodatissimum conservari. Ego cum antea tibi de Lentulo gratias egissem, cum ejus salutem, qui mihi fuerat, fuisses, tamen ejus literis lectis, quas ad me gratissimo animo de tua liberalitate beneficio misit, eandem me salutem à te putavi, quam ille, in quem si me intelligis gratum, cura obsecro, ut etiam in Pompejum esse possim.

LIBER

38. BALBUS CICERONI IMP. S.

Ad Attic. lib. 9. caput. 17.

Cæsar nobis literas per breves misit, quarum exemplum subscripsi. brevitate epistolæ scire poteris, eum valde esse distentum, qui tanta de re tam breviter scripserit. Si quid præterea novi fuerit statim tibi scribam. Cæsar Oppio Cornelioq; s. Ad VII. Id. Mar. Brundisium veni, ad myrum castra posui. Pompejus est Brundisij, misit ad me Cn. Magium de pace, quæ visa sunt respondi. Hoc vos statim sciri volui. Cum in spem venero de compositione aliquid me posse conficere, statim vos certiores faciam. Valet. Quomodo me nunc putas mi Cicero torqueri, postquam rursus in spem pacis veni, ne quæ res compositionem eorum impediat? Namq; quod absens facere possum, opto, quod si vnâ essem, aliquid fortasse proficere possem. Nunc expectatione crucior, Vale.

39. CICERO ATTICO S.

Ad Attic. lib. 10. Epist. 2.

Ego cum accepissem tuas literas, Nonis Aprilibus, quas Cephalio attulerat, essemq; Miturnis postridie mansurus, & inde protinus, sustinui me in Arcano fratris, ut dum aliquid certius afferetur, occultiore in loco essemus, agerenturq; nihilominus, quæ sine nobis agi possunt. Anatellusa jam adest, & animus ardet, nec est quicquam, quo, & quâ. Sed hæc nostra erit cura & peritorum. Tu autem quoad poteris, ut adhuc fecisti

SECUNDUS.

fecisti, nos consilijs iurabis. Res sunt inexplicabiles. Fortune sunt committenda omnia sive spe conantur ulla. Melius si quid acciderit, mirabimur Dionysium nolim ad me profectum, de quo ad me Tullia meæ scripsit, sed & tempus alienum est, & homini non amico nostra incommoda, tanta præsertim, spectaculo esse nollem, cui de meo nomine inimicum esse nolo, vale.

40. CÆSAR IMP. M. CICERONI IMP.

s. Ad. Attic. lib. 10. Epist. 9.

Etsi te nihil temerè, nihil imprudenter facturum iudicarem, tamen permotus hominum fama, scribendum ad te existimavi, & pro nostra benevolentia petendum, ne quod progredereris inclinata iam re, quæ integra etiam progrediendum tibi non existimasses. Namq; & amicitie graviorum injuriam feceris, & tibi minas commodè consulucris, si non fortunæ obsecutus eris. Omnia enim secundissima nobis, adversissima illis accidisse videntur, nec causam secutus (eadem enim tum fuit, cum ab eorum consilijs abesse debere iudicasti) sed meum aliquod factum contempnas se videre, quo mihi gravius abs te nihil accidere potest, quod ne facias, eo iure nostræ amicitie à te peto. Postremò quid viro bono & quieto, & bono civi magis convenit, quam adesse à civilibus controversijs? Quod non nulli cum probarent, periculi causa sequi non potuerunt. Tu explorato & vita meæ te stimonia,

Amonio, & amicitia iudicio, neq; tutius, neq; honoratius reperies, quicquam quam ab omni contentione abesse XV. Calend. Maij ex itinere, Vale.

41. CICERO P. ATTICO S.

Ad Attic. lib. II. Epist. 18.

DE illius ab Alexandria discessu nihil adhuc rumoris, contraq; opinio, valde esse impeditum. Itaq; nec mitto, ut constitueram, Ciceronem & te rogo, ut me hinc expedias. Quod vis enim supplicium levius ex hac permanfione. Hac de re & ad Antonium scripsi, & ad Balbum, & ad Oppium. Sive enim bellum in Italia futurum est, sive clasibus utetur, hic esse me minimè convenit, quorum fortasse utrumq; erit. Alterum certè intellexi omninò ex Oppij sermone, quem tu mihi scripsisti, quæ istorum via esset, sed, ut cum spectas te rogo. Nihil omninò jam expecto, nisi miserum. Sed hoc perditus, in quo nunc sum, fieri nihil potest. Quare cum Antonio loquere velim, & cum estis, & rem, ut poteris, expedias, & mihi quam primum de omnibus rebus rescribas, Vale. XII. Calend. Quint.

42. CICERO ATTICO S.

Ad Attic. lib. II. Epist. 19.

Cum tuis dare possem literas non prætermisi, et si quid scriberem, non habebam. Tu ad nos & rarius scribis, quam solebas, & brevius. Credo quia nihil

nihil habes, quod me putes libenter legere, aut audire posse. Verum etiam velim, quid erit, qualecunq; erit scribas. Est autem unum, quod mihi sit optandum, si quid agi de paci possit, quod nulla equidem habeo in spe, sed qui tu leviter interdum significas, cogis me sperare, quod optandum vix est. Philotimus dicitur secedere Idibus Sextis nihil habeo, de eo amplius. Tu velim ad me rescribas, quæ ad te antea scripsi. Mihi tamen temporis satis est, dum ut in pessimis rebus aliquid caveam, qui nihil unquam cavi, Vale. XI. Cale. Sext.

43. ANTONIUS COS. S. D. CICERONI

Attic. lib. 14. Epist. 13.

Ocupationibus est factum meis, & subita tua profectione, ne tecum coram de hac re agerem, quam ob causam vereor, ne absentia mea levior sit apud te. Quod si bonitas tua responderit meo iudicio, quod semper habui de te, gaudebo. A Casare petij, ut Sex. Clodium restitueret, impetravi. Erat mihi in animo, etiam tum sic uti beneficio ejus, si tu concessisses, quo magis laboro, ut & tua voluntate id mihi per me facere nunc liceat. Quod si duriores te ejus misere & afflicte fortune præbes, non contendam ego adversus te. Quanquam videor debere, tueri commentarium Casaris. Sed mehercule si humaniter & sapienter, & amabiliter in me cogitare vis, facilem te profectò præbebis, & voles. P. Clodium in spe optima puerum repositum existimare, non te

infectatum esse, cum potueris, amicos paternos. Patere obsecro, te pro Rep. videris gessisse similitatem cum patre ejus, non contempseris hanc familiam. Honestius ejus enim et libentius deponimus inimicitias Reipub. nomine susceptas quam contumaciæ. Me deinde sine ad hanc opinionem jam nunc dirigere puerum, et tenero animo ejus persuadere, non esse tradendas posteris inimicitias, quamquam tuam fortunam, Cicero ab omni periculo abesse, certum habeo, tamen arbitror, malle te quietam senectutem et honorificam potius agere, quam sollicitam. Postremo, meo jure, te hoc beneficium rogo, nihil enim non tua causa feci. Quod si non impetro, per me Clodio daturus non sum, ut intelligas, quanti apud me tua autoritas sis, eo placabiliorem te præbeas, Vale.

44. CICERO PLANCO PRÆT. DES. S.

Ad Attic. lib. 16. Epist. 13.

Ignosce mihi, quod cum antea accuratissime de Butro-
tius ad te scripserim, eadem de re sæpius scribam. Non
mehercule: mi Plance, facio, quod parum confidam
aut liberalitati tuæ aut nostræ amicitia: sed cum tanta res
agatur Attici nostri, nunc verò etiam existimatio, ut id,
quod probavit Cæsar, nobis testibus et obsignatoribus,
qui et decretis et responsis, Cæsaris interfueramus, vi-
deatur obtinere potuisse præsertim cum tota potestas ejus
rei tua sit, ut ea quæ Coss. decreverunt secundum Cæsaris

decreta

decreta et responsa, non dicam comprobos, sed studiosè
libenterque comprobos. Id mihi erit gratum, ut nulla re
gratior esse possit. Etsi jam sperabam, cum has literas ac-
cepisses, fore, ut ea, quæ superioribus literis à te petivisse-
mus, impetrata essent, tamen non faciam finem rogandi
quod nobis nunciatum erit, te id fecisse, quod magna cum
spe expectamus. Deinde tum confido fore, ut alio genere
literarum ut amor, tibi que pro tuo summo beneficio gra-
tias agamus. Quod si acciderit, velim sic existimes, non
tibi tam Atticum, cujus permagna res agitur, quam me,
qui non minus laboro quam ille, obligatum fore, Vale.

15. CICERO CAPITONI. S.

Ad Attic. lib. 16. Epist. 22.

Non dubito, quin mirere, atque etiam stomachere,
quod tecum de eadem re agam sæpius. Hominis
familiarissimi et mihi omnibus rebus conjun-
ctissimi permagna res agitur, Attici. Cognovi ego tua
studia in amicos, etiam in te amicorum. Multum potes nos
apud Plancum juvare. Novi humanitatem tuam, scio
quam sis amicorum jucundus. Nemo nos in hac causa plus
juvare potest, quam tu, ut res ista est firma, ut debet esse,
quam Coss. de consilij sententia decreverunt, cum et lege,
et S. C. cognoscerem, tamen omnia posita putamus in
Plan: i tui liberalitatem, quem qui dem arbitramur cum
officij tui et Reipub. causa decretum Consulem compro-

B 2

baturum,

baturum, tum libenter nostra causa esse facturum. Ad u-
rabis igitur mi Capito, quod ut facius, vehementer etiam
atq; etiam rogo, Vale.

LIBER TERTIVS.

I. SERVIVS SVLPITIVS.
M. D. C ICERONI S. D.
S. Ad famil. lib. 4. Epist. 7.

Posteaquam mihi renunciatum est de obitu Tullia
filiae tuae, sanè quam pro eo, ac debui, graviter
molesteq; tuli, communemq; eam calamitatem ex-
stimavi, qui si istic affuissem, neq; tibi de fuisset, coram-
que meum dolorem tibi declarassem. Etsi genus hoc con-
solationis miserum atq; acerbum est, propterea, quia, per
quos id fieri debet propinquos ac familiares ipsi pari
molestia afficiuntur, neque sine lachrymis multis id cona-
ri, possunt, ut magis ipsi videantur aliorum consolatione
indigere, quam alijs posse suum officium prestare, tamen
quæ inpraesentia mihi in mentem venerunt, decrevi
brevis ad te perscribere, non quòd ea te fugere existi-
mem, sed quòd forsitan dolore impeditus minus ea
perspicias. Quid est, quod tantopere te commoveat
tuus dolor intestinus? cogita quemadmodum adhuc
fortuna

fortuna nobiscum egerit, ea nobis erepta esse, quæ homi-
nibus non minus, quam liberi, chara esse debent, patriam
honestatem, dignitatem, honores omneis, hoc uno incom-
modo addito, quid ad dolorem adungi potuit? Aut quid
non in illis rebus exercitatus animus callere jam debet,
atque omnia minoris estimare? An illius vicem, (credo)
doles? quoties in eam cogitationem necesse est, ut tu
veneris, & nos saepe incidimus, hisce temporibus non
peissime cum ijs esse actum, quibus sine dolore lecitum est,
mortem cum vita commutare. Quid autem fuit quod
illam hoc tempore ad vivendum magno opere invitare
posset? Quæ res? quæ spes? quod animi solatium? ut cum
aliquo adolescente primario conlanda etatem agerets
licitum est tibi (credo) pro tua dignitate ex hac juveni-
tute generum deligere, cuius fidei liberos tuos te tuto
committere putares. An ut ea liberos ex sese pareret,
quos cum florentes videret letaretur, qui rem à parente
traditam per se tenere possent? honores ordinatim in re-
pub l. petituri essent? in amicorum negotijs liberalitate
sua uterentur? Quid horum fuit, quod non prius, quam
datum est, adeptum sit? **A**vero malum est, liberos
amittere, malum, nisi hoc pejus sit, hæc sufferre, &
perpeti. Quæ res mihi non mediocrem consolationem at-
tulit volo tibi commemorare, si forte eadem res tibi mi-
nuere dolorem posset. Ex Asia rediens cum ab Ægina
Megarum versus navigarem, ceppi regiones circum circa
prospicere, post me erat Ægina, ante Megara, dextra

Piræus, sinistra Corinthus, quæ oppida quodam tempore
 florentissima fuerunt, nunc postrata & diruta ante oculos
 jacent. Cæpi egomet mecum sic cogitare, Hæc
 nos humunculi indignamur, si quis nostrum interijt, aut
 occisus est quorum vita brevior esse debeat, cum in uno
 loco tot oppidorum cadavera projecta jaceant? vis ne
 tu te Servi cohibere, & meminisse hominem te esse na-
 tum; Crede mihi, cogitatione ea non me diocriter sum
 confirmatus. Hoc idem, si tibi videtur, fac ante oculos
 tibi proponas. Modo uno tempore tot viri clarissimi
 interierunt, De imperio præterea tanta diminutio fa-
 cta est, omnes provinciæ conquassatæ sunt: In unius mu-
 liercula animula si jactura facta est, tantoperè commo-
 veris: Quæ si hoc tempore non suum diem obiisset, pau-
 cis post annis tamen ei moriendum fuit, quoniam homo
 natus fuerat. Etiam tu ab hisce rebus animum ad co-
 gitationem tuam avoca, atque ea potius reminiscere,
 quæ digna tua persona sunt, illam, quam diu ei opus
 fuerat vixisse, unâ cum Republ. fuisse, te patrem suum
 Prætorem, consulcm, augurem vidisse, adolescentibus
 primarijs nuptam fuisse, omnibus bonis propè perfun-
 ctam esse, cum Resp. accideret, vita excessisse. Quid est,
 quod tu, aut illa, cum fortuna hoc nomine queri possitis?
 Denique noli oblivisci Ciceronem esse, & cum, qui
 alijs consueveris præcipere, & dare consilium. Neque
 imitare malos medicos, qui in alienis morbis proficien-
 tur se

tur se tenere medicina scientiam, ipse se curare non
 possunt, sed potius, quæ alijs præcipere soles, ea tute
 tibi subijoc, atque apud animum proponere. **¶ NVL-
 LVS DOLORE EST,** quem non longinquitas tem-
 poris minuat, atque molliat. Hoc te expectare tempus,
 tibi turpè est, ac non ei rei sapientia tua te occurrere.
 Quod si quis etiam inferis sensum est, qui illius amor in
 te fuit, pietasque in omnes suos, hoc certè illa te facere
 non vult. Da hoc illi mortuæ, da cæteris amicis ac
 familiaribus, qui tuo dolere moerent, da patria, ut si qua
 in re opus sit, opera & consilio tuo uti possit. Denique
 quoniam in eam fortunam devenimus, ut etiam huic rei
 nobis serviendum sit, noli committere, ut quisquam te
 putet, non tam filiam, quam Reipublicæ tempora, &
 aliorum victoriam, lugere. Plura me ad te de hac re
 scribere pudet, ne vi deat prudentiæ tuæ diffidere.
 Quare si hoc unum proposuero, finem faciam scriben-
 di. Vidimus aliquoties secundam pulcherrimè te fer-
 re fortunam, magnanque ex eare laudem adipisci, sæ-
 aliquando intelligamus, adversam quoque te æquè fer-
 re posse, neque id majus, quam debeat, tibi onus videri,
 ne ex omnibus virtutibus hæc una tibi videatur de-
 esse. Quod at me attinet, cum te tranquilliori animo
 esse cognovero, de ijs rebus, quæ hic geruntur, quem-
 admodumque se provincia habeat, certiore faciam.
 Vale.

M. T. CICERO SERUIO SVLPICIO. Ad famil. lib. 4. Epist. 6.

Ego verò, Servi velle, ut scribis, in meo gravissimo casu affuisses. Quantum enim presens me adjuvare potueris, & consolando, & prope æquè dōdendo, facile ex eo intelligo, quòd literis tuis lectis aliquantulum acquievi. Nam & ed scripsisti, quæ levare iudicium possent, & in me consolando non medioerem ipse animi dolorem adhibuisti. Servius tamen tuus omnibus officiis, quæ illi tempori tribui potuerunt, declavit, & quanti ipse me faceret, & quam suum talem erga me animam tibi gratam putaret fore, cuius officia iucundiora scilicet sepe mihi furrunt, nunquam tamen gratiora. Me autem non oratio tua solum, & societas penè & gritudinis, sed etiam autoritas consolatur. Turpe enim esse existimo, me non ita ferre casum meum, ut tu tali sapientia præditus ferendum putas. Sed opprimor interdum, & vix resisto dolori, quòd ea me solatia deficiunt, quæ cæteris, quorum mihi exempla propono, simili in fortuna non defuerunt. Nam & Qu. Maximus, qui, filium consularem, clarum virum, & magnis rebus gestis amisit, & L. Paulus, qui duos septem diebus, & nosse Gallus, & M. Cato, qui summo ingenio, summa virtute filium perdidit, ijs temporibus fuerunt, ut eos tum

quebantur.

quebantur. Mihi autem amissis ornamentis ijs, quæ ipse commemoras, quæq; erant maximis laboribus adeptus, unum manebat illud solatium, quod ereptum est. Non amicorum negotijs, non Reipublicæ procuratore impediabantur cogitationes meæ, nihil in foro agere licebat, aspiciere curiam non poteram, existimabam, id quod erat, omnes me & industriæ meæ fructus & fortune perdidisse. Sed cum cogitarem, hæc mihi tecum & cum quibusdam esse communiã, & cum frangerem iam ipse me, cogereq; ille ferre tolerantur, habebam quo confugerem, ibi conquirerem, cuius in sermone & sua vitate omnes curat doloresque deponerem. Nunc autem hoc tam gravi vulnere, etiam illa, quæ consenuisse videbantur, recrudescunt. Non enim ut tum me à Republica moestum domus excipiebat, quæ levaret, sic nunc domo moerens ad Rempublicam confugere possum, ut in eis bonis acquiescam. Itaque & domo absum, & foro, quod nec eum dolorem, quem à Republica capio, domus iam consolari potest, nec domesticum Respublica, quo magis te exopto, teque videre quamprimum cupio, Maxior tibi levatio afferri nulla potest, quam consuetudinis, sermonumque nostrorum, quamquam sperabam, tuum adventum (sic enim audiebam) adpropinquare. Ego autem cum multis ac causis te exopto quamprimum videre, tum etiam, ut antè, commententur inter nos, quæ ratione nobis traducendum sit hoc tempus, quod est totum ad unum voluntatem accomodandum, & pru-

E 5

dentis &

dentis & liberalis, & (ut perspexisse mihi videor) nec
 a me alieni, & amicissimi, Quod cum ita sit, magna ta-
 men est deliberationis, quæ ratio sit ineunda nobis, non
 agendi aliquid, sed illius concessis & beneficio quiescen-
 di, Vale.

M. T. CICERO S. T. LVCEIO Q. P.
 Ad famil. lib. 5. Epist. 12.

Orans me tecum eadem hæc agere sæpè conantem
 deterruit pudor quidam penè subrusticus, quæ nunc
 depronam absens audacius. Epistola enim non eru-
 bescit. Ardeo cupiditate incredibile, neque ut ego arbi-
 tror, reprehendenda, nomen ut nostris scriptis illustre-
 tur & celebretur tuus, quod etsi mihi sæpè ostendite
 esse facturum, tamen ignoscas velim huic festinationi
 meæ. Genus enim scriptorum tuorum, etsi erat semper
 a me vehementer expectatum, tamen vicis opinionem
 meam, meque ita vel cepit, vel incendit, ut cuperem quam
 celerrimè res nostras monumentis commendare tuis.
 Non enim me solum commemoratio posteritatis ad spem,
 quandam immortalitatis rapit, sed etiam illa cupiditas,
 ut vel autoritate testimonij tui, vel indicio benevolentia,
 vel suavitate ingenij, vivi perfruamur. Neq; tamen hæc
 cum scriberem, eram nescius, quantis oneribus premerere
 susceptarum rerum & iam institutarum, sed quia vi-
 deam, Ita

deam, Italici belli & civilis historiam jam penè à te esse
 perfectam (dixeras autem mihi, te reliquas res ordiri)
 deesse mihi nolui, quin te admonerem, ut cogitares,
 conjunctenè mallet cum cæteris rebus nostra contexere,
 an, ut multi Græci fuerunt, Callisthenes Troicum bel-
 lum, Timæus Pyrrhi, Polybius Numantinum (qui om-
 nes perpetuis suis historijs, ea quæ dixi, bella separa-
 verunt) tu quoque item civilem conjugationem ab ho-
 stilibus externisque bellis sejungeres. Equidem ad
 nostram laudem non multum video interesse, sed ad pro-
 perationem meam quidem interest, non te expectare,
 dum ad locum venias, ac statim causam illam totam &
 tempus arripere. Et simul si uno in argumento,
 unaque in persona mens tua tota versabitur, cerno jam
 animo, quanto omnia uberiora atque ornatioa futu-
 ra sint. Neque tamen ignoro, quam impuden-
 ter faciam, qui primum tibi tantum oneris imponam
 (potest enim mihi denegare occupatio tua) deinde
 etiam, ut ornes me, postulem. Quid si illa tibi non
 tantopere videntur ornanda? Sed tamen, Q V I
 S E M E L V E R E C V N D I A E F I -
 N E S transferit, cum benè & gnauiter oportet
 esse impudentem. Itaque te planè etiam atque et-
 iam rogo, ut ornes ea vehementius etiam, quam
 fortasse sentis, & in eo leges historie negligas,
 gratiamq;

gratiamque illam, de qua suavissimè quodam in præ-
 cæmio scripsisti, & quæ affici non magis potuisse
 demonstras, quàm Herculem Xenophontium illam à
 voluptate, ea si me tibi vehementius commendabit,
 ne, aspernere amorique nostro plinçulum etiam, quàm
 concedit veritas, largiari. Quòd si te adducemus, ut
 hoc suscipias, erit (ut mihi persuadeo) materies di-
 gna facultate & copia tua. A principio enim con-
 jurationis vsque ad reditum nostrum, videtur mihi
 modicum quoddam corpus confici posse, in quo & ille
 poteris uti civilium commutationum scientia, vel in
 explicandis causis rerum novarum, vel in remedijs
 incommodorum, cum & reprehendes ea, quæ vitu-
 peranda duces, & quæ placebunt, exponendas ratio-
 nibus comprobabis. Et si liberius, ut consuevisti,
 agendum putabis, multorum in nos perfidiam, insidias,
 proditorem notabis. Multam etiam casus nostri
 tibi varietatem in scribendo suppeditabunt, plenam
 cujusdam voluptatis quæ vehementer animos homi-
 num in legendo scripto retinere possit. ¶ **NIHIL**
EST ENIM APTIVS AD delectationem lecto-
 ris, quam temporum varietates fortunæque vicissitudi-
 nes, quæ etsi nobis optabiles in experiendo non fuerunt,
 in legendo tamen erunt jucundæ. **HABET ENIM**
PRAETERITI DOLORIS secunda recordatio
 delectationem, cæteris verò nulla perfunctis propria mo-
 lestia, casus autem alienos sine ullo dolore intuentibus,

etiam

etiam ipsa misericordia est, jucunda. Quem enim nõ-
 strum ille moriens aqua Mantineam **EPAMINVN-**
DAS non cum quadam miseratione delectat? qui tum
 denique sibi avelli jubet speculum, posteaquam ei percon-
 tanti dictum est, clypeum est saluum, ut etiam in vulne-
 ris dolere æquo animo cum laude moreretur. Cujus stu-
 dium in legendo non erectum Themistoclis fuga, redi-
 tuque retinetur? Etenim ordo ipse annalium mediocri-
 ter nos retinet, quasi enumeratione fastorum. At viri sæ-
 pe excellentis ancipites varijsque casus habent admira-
 tionem, expectationem, leticiam, molestiam, spem, ti-
 morem. Si verò exita notabili concluduntur, expletur
 animis jucundissima lectionis voluptate. Quod mihi ac-
 ciderit optatius, si in hac sententia fueris, ut à continen-
 tibus tuis scriptis, in quibus perpetuam rerum gestarum
 historiam complecteris, secernas hanc quasi fabulam re-
 rum, eventorumque nostrorum. Habet enim varios
 actus, multasque actiones & consiliorum & temporum.
 Ac non vereor, ne assentatiuncula quadam aucupari-
 tuam gratiam videar, cum hoc demonstrarem, me à te po-
 tissimum ornari celebrarique velle. Neque enim tu is es,
 qui, qui sis, nescias, & qui non eos magis, qui te non ad-
 mirantur, invidos, quam eos, qui laudent assentatores,
 arbitrare. Neque autem ego sum ita demens, ut me sempiternæ gloriæ per eum commendari velim, qui non ipsi
 quoque in me commendando propriam ingenij gloriam
 consequatur. Neque enim Alexander ille gratia cause

ab APEL-

ab APELLE potissimum pingi, & à Lysippo fingi volebat, sed quod illorum artem cum ipsis, tum enim sibi glorie fore putabat. Atque illi Artifices corporis simulara ignotis nota faciebant, quæ vel si nulla sint, nihilo sunt tamen obscuriores clari viri. Neque minus est Spar-tiæ Agesilaus illi perhibendus, qui neque pictam, neque fictam imaginem suam passus est esse, quam qui in eo genere laborarunt. Vnius enim Xenophontis libellus in ea Rege laudando, facile omnes imagines hominum statuasque superavit. Atque hoc præstantius mihi fuerit, et ad animi letitiam, & ad memoriæ dignitatem, si in tua scripta pervenero, quam si in cæterorum, quod non ingenium mihi solum suppeditatum fuerit tuum, sicut Timæonti à Timæo, aut ab Herodoto Themistocli, sed etiam autoritas clarissimi & spectatissimi viri, & in Republica maximis gravissimisque causis cogniti, atque imprimis probati, ut mihi non solum præconium, quod cum in Sicæum venisset Alexander, ab Homero, Achilli tributum esse dixit, sed etiam grave testimonium impartitum clari hominis magnique videatur. Placet enim Hector ille mihi Navianus, qui non tantum laudari se letatur, sed addit etiam, à laudato viro. Quod si à te non impetro, hoc est, si quæ te res impederit (neque enim fas esse arbitror, quicquam me rogantem abs te non impetrare) cogor fortasse facere, quod nonnulli sæpè reprehendunt, scribam ipse de me, multorum tamen exemplo,

exemplo, & clarorum virorum. Sed quod te non sin-git, hæc sunt in hoc genere vitia, & ut verecundius ipsi ac se scribant, necesse est, si quid est laudandum, & prætereant, si quid forte reprehendendum est. Accidit etiam, ut minor sit fides, minor autoritas, multi denique reprehendant, & dicant, verecundiores esse præcones ludorum & gymnico-rum, qui cum cæteris coronas imposuerint victoribus, eorumque nomina magna voce pronunciarint, cum ipsi ante ludorum missionem corona donentur, alium præconem adhibeant, ne sua voce ipsi se victores prædicent. Hæc nos vitare cupimus, & si recipis causam nostram, vitabimus, idque ut facias, rogamus. Ac ne forte mirere, cur, cum mihi sæpè ostenderit te accuratissime nostrorum temporum consilia atque eventus literis mandaturum, à te id nunc tantopere, & tam multis verbis petimus, illa nos cupiditas incendit, de qua initio scripsi, festinationis, quod alacres animo sumus, ut & cæteri viventibus nobis ex libris tuis nos cognoscant, & nos metipsi vidi gloriola nostra perfruemur. His de rebus quid acturus sis, si tibi non est molestum, rescribas mihi velim. si enim suscipis causam, consiciam commentarios rerum omnium, sin autem differs me in tempus aliud coram tecum loquar, tu interea non cessabis, & quæ habes instituta, perpolies, nosque diliges. Vale.

4. CICERO ATTICO S.
Ad Attic. lib. 3. Epist. 7.

Maximis & miserrimis rebus perturbatus sum, cum coram tecum mihi potestas deliberandi non esset, uti tamen tuo consilio volui. Deliberatio autem omnis hæc est, si Pompejus Italia cedat (quod eum facturum esse suspicor) quid mihi agendum putes: Et quo facilius consilium dare possis, quid in utrumque partem mihi in mentem veniat, explicabo brevi. Cum merita Pompeij summa erga salutem meam familiaritasque, quæ mihi cum eo est, tum ipsa Reipubl. causa me adducit, ut mihi vel consilium cum illius consilio vel fortuna conjungenda esse videatur. Accidit illud, si maneo, & illum comitatum optimorum & clarissimorum civium desero, cadendum est in unius potestatem qui etsi multis rebus significat se nobis esse amicum, & ut esset, à me est (tute scis) propter suspicionem hujus impendentis tempestatis multò ante provisum, tamen utrinque considerandum est, & quanta ei fide sit habenda, & si maxime exploratum sit, cum nobis amicam fore, sitne viri sortis & boni civis, esse in ea urbe, in qua cum summis honoribus imperijsque usus sit, res maximas gesserit, sacerdotio sit amplissimo præditus non futurus sit sui juris, subeundumque periculum sit cum aliquo forte dedecore, si quan-

si quando Pompejus Rempubl. recuperaverit, in hac parte hæc sunt. Vide nunc quæ sunt in altera. Nihil actum est à Pompejo nostro sapienter, nihil fortiter: adde etiam nihil, nisi contra consilium auctoritatem que meam. Omitto illa vetera, quod istum in Rempubl. ille alvit, auxit, armavit, ille legibus C. Metelli per vim & contra auspicia serendis auctor: ille Gallia vltioris adjunctor: ille: gener: ille in adoptanda. P. Clodio augur: ille restituenti me, quam retinendi studiosior: ille provincie propogator: ille absentis in omnibus adjunctor. Ideo etiam tertio consulatu, postquam esse defensor Reipubl. cœpit, contendit, ut decem Tr. Pl. ferent, ut absentis ratio haberetur, quod idem ipsa sanxit legi quadam sua, Marcoque Marcello Cos. finienti provincias Gallias Calendis Martij, restitit. Sed ut hæc omittam quid foediuse quid perturbatius hoc ab urbe discessus sive potius turpissima fuga? Quæ conditio non accipienda fuit potius, quam relinquenda patria? Malæ conditiones erant, fateor, sed nunc quid hoc pejus? Ac recuperabit Rempubl. Quando? aut quid ad spem est parati: Non azer Picennus amissus? non patefactum iter ad urbem? non pecunia omnis & publica & privata adversario tradita? Denique nullà causa, nullæ vires, nulla sedes, quo concurrant, qui Rempubl. defensam velint, Apulia delecta est inanissima pars Italia, & ab impetu hujus belli remotissima, fuga & maritima opportunitas visa queri desperatione. In vitæ cepi Capuanam, non quo mu-

nus illud defugere, sed sine causa, in qua nullus esset
 ordium, nullus apertius privatorum dolor: bonorum
 autem esse aliquis, sed debes, ut solet, & ut ipse sensissem.
 multitudo & infimus quisque propensus in alteram par-
 tem. Multi mutationis rerum cupidi. Dixi ipsi, me
 nihil suscepturum sine praesidio & sine pecunia. Itaque
 habui nihil omnino negotij, quod ab initio vidi, nihil
 queri praeter fugam, eam si nunc sequor, quò nam? Cum
 illo? non, ad quem cum essem profectus, cognovi in
 his locis esse Casarem, ut tuto Luceriam venire non
 possem. In ferro mari nobis incerto cursu hyeme maxima
 navigandum est. Age jam cum fratres an sine cum filios
 aut quomodo? In utraque enim re summa difficultas erit,
 summus animi dolor. Qui autem impetus illius erit
 in nos absentes, fortunasque nostras? Acrior, quam in
 ceterorum, quod putabit fortasse in nobis violandis ali-
 qui se habere populare, Age jam has compedes, fascēs
 inquam hos laureatos, hæc ferre ex Italia quam mole-
 stum est? Qui autem locus erit nobis tutus ut jam placatis
 utamur fluctibus ante, quam ad illum venerimus? Quis
 autem aut quo nihil scimus. Ad si restitero, & fuerit
 nobis in hac parte locus, idem fecero quod in Cinnæ do-
 minatione & Marij tyrannide philippus, quod L. Flac-
 cus quod Quintus mutius, quomodo res ea huic quidem
 eeciderit, qui tamen ita dicere solebat, se id fore videre,
 quod factum est, sed hoc malle, quam armatum ad pa-
 tria vice

tria moenia accedere. Aliter Thrasylbulus & fortasse
 melius, sed est certa quædam illa Mutij ratio atque sen-
 tentia. Est etiam illa Philippi. Et cum sit necesse,
 servire tempori, & non amittere tempus, cum sit da-
 tum, sed in hoc ipso habent idem tamen fasces molestiam.
 Sit enim nobis amicus, quod incertum est, sed sit, dese-
 ret triumphum, non accipere periculosum sit, an acci-
 pere invidiosum ad bonos? Orem, inquis difficilem &
 inexplicabilem. Atqui explicanda est. Qui enim
 fieri potest? Ac ne me existimaris ad manendum esse
 propensiorum, quod plura in eam partem verba fecerim,
 potest fieri, quod sit in multis quæstionibus, ut
 res verbosior hæc fuerit, illa verior. Quamobrem
 ut maxima de re æquo animo deliberandi, ita mihi des
 consilium velim. Navis & in Cajeta est parata no-
 bis & Brundisij, sed ecce nuncij, scribente me
 hæc ipsa noctu in Caleno, ecce literæ, Casarem ad
 Corfinium, Domitium Corfinij cum firmo exercitus, &
 pugnare cupiente, non puto etiam hoc Cnæum no-
 strum commissurum, ut Domitium relinquat. Et si
 Brundisium Scipionem cum cohortibus duabus præ-
 miserat, legionem à fausto conscriptam in Siciliam si-
 bi placere a Cos. duci, scripserat ad Cos. Sed
 turpe Domitium erit deserere implorantem ejus au-
 xilium, est quædam spes quidem mihi non magna, sed
 in his locis firma, Afranium in Pyrenco cum Trebonia
 pugnasse,

pugnasse, pulsum Trebonium, etiam Fabium tuum transfisse cum cohortibus, summa autem Afranium cum magnis copijs adventare. Id si est, in Italia fortasse manebitur. Ego autem, cum esset incertum iter Caesaris, quod vel ad Capuam, vel ad Lucretiam iturus putabatur. Lepam ad Pompejum misi literis, ipse ne quid incidere, reverti Formias. Hæc te scire volui, scripsique sedatiore animo quam proximè scripseram, nullum meum iudicium interponens, sed exquirens tuum.

5. CICERO DOLOBELLÆ COS. S.

Ad famil. lib. 9. Epist. 14. Item Ad

Attic. lib. 4. Epist. 19.

Etsi contentus eram, mi Dolobella, tua gloria, satisque ex ea magnam leticiam voluptatemque capiebam, tamen non possum non confiteri, cumulari me maximo gaudio, quod vulgo hominum opinio socium me ascribat tuis laudibus. Neminem conveni (convenio autem quotidie plurimos, sunt enim per multi optimi viri, qui valetudinis causa in hæc loca veniunt, præterea ex municipijs frequentes necessarii mei) quin omnes, cum te summis laudibus ad cælum extulerunt, mihi continuo maximas gratias agunt. Negant enim se dubitare, quin tu meis præceptis & consilijs obtemperans, præstantissimum te civem, & singularem Consulem præbeas. Quibus ego, quanquam

verisim

verisimè possum respondere, te, quæ facias, tuo iudicio & tua sponte facere, nec cuiusquam egere consilio, tamen neque planè assentior, nec imminuam tuam laudem, si omnibus à meis consilijs profecta videatur; neque valde nego. Sum enim avidior, etiam quam satis est, gloriæ. Et tamen non alienum est dignitate tua, quod ipsi Agamemnoni regi regnum fuit honestum, aliquem in consilijs capiendis Nestorem habere, mihi verò gloriosum, te juvenem Consulem florere laudibus, quasi alumnum disciplinæ meæ. L. quidem Cæsar cum ad eum ægrotum Neapolim venissem, quanquam erat oppressus totius corporis doloribus, tamen antè, quam me planè salutavit. O mi Cicero, inquit, gratulor tibi, cum tantum valet apud Dolobellam, quantum si ego apud sororis filium valerem, iam salvi esse possemus Dolobellæ verò tuo & gratulor & gratias ago, quem quidem post te consulem, solum possum verè consulem dicere. Deinde multa de facto ac de re gesta, tum nihil magnificentius, nihil præclarius. actum nunquam, nihil Reipub. salutarium. Atque hæc una vox omnium est. Atque autem peto, ut in eam, quasi falsam hereditatem alienæ gloriæ, sinas cernere, meque aliqua ex parte in societatem tuarum laudum venire patiari. Quanquam mi Domi Dolobella (hæc enim jocatus sum) libentius omnes meas, si modo sint aliqua meæ laudes, ad te transtulerim, quam aliquam partem exhausserim, ex tuis. Nam cum te semper tantum dilexerim, quantum tu intelligere potuisti, cum ijs tuis factis sic incensus sum, ut

nihil unquam in amore mihi fuerit ardentius. Nihil est enim (mibi crede) VIRTUTE formosius, nihil pulchrius, nihil amabilius. Semper amavi, ut scis, M. Brutum, propter ejus summi ingenium, suavissimos mores, singularem probitatem atque constantiam, tamen idus Martij tantum accessit ad amorem, ut mirarer, locum fuisse augendi in eo, quod mihi jam pridem cumulatam etiam videbatur. Quis erat qui putaret, in eum amorem, quem erga te amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere? Tantum accessit, ut mihi nunc demique amare videar, antea dilexisse. Quare quid est, quod ego te hortor, ut dignitati & gloria servias? Proponam tibi claros viros, quid facere solent, qui hortantur? Neminem habeo clariorem, quam te ipsum, te imitari oportet, tecum ipse certes, nec licet quidem tibi jam tantis rebus gestis non tui similem esse. Quod cum ita sit, hortatio non est necessaria, gratulatione magis utendum est. Contigit enim tibi, quod haud scio an nemini, ut summa severitas animi adversionis non modo non invidiosa, sed etiam popularis esset & cum bonis omnibus, tum infimo cuique gratissima. Hoc si tibi fortuna quadam contigisset, gratularer felicitati tuae, sed contigit magnitudine tum animi, tum etiam ingenij atque consilij. Legi enim concionem tuam, nihil illa sapientia ita pedetentim cum accessus a te ad causam facti, tum recessus, ut res ipsa maturitatem tibi animadvertendi omnium concessu daret. Liberasti igitur & urbem periculo.

culo, & civitatem metu. Neque solum ad tempus maximam utilitatem attulisti, sed etiam ad exemplum. Quo facto intelligere debes, in te repositum esse Rempublicam tibi non modo tuendos, sed etiam ornandos illos vivos, a quibus initium liberatis profectum est. Sed his de rebus coram plura propediem ut spero. Tu quoniam Rem. nosque conservas, fac ut diligentissime te ipsum, mi Dolabella, custodias, Vale.

6. CICERO, BRUTO S.
Ad Brut. Epist. 3.

NOstrae res meliore loco videbantur. Scripta enim ad te certo scio, qua gesta sunt, quales tibi saepe scripsi consules, tales extiterunt. Caesaris vero puer mirifica indole virtutis, utinam tam facile cum florentem & honoribus & gratia regere ac tenere possemus, quam facile adhuc tenuimus. Est omnino illud difficilium, sed tamen non diffidimus. Persuasum est enim adolescenti, & maxime per me, ejus opera nos esse salvos, & certe, nisi is Antonium ab urbe avertisset, periissent omnia. Triduo vero aut quatruiduo ante hanc rem pulcherrimam, timore quodam percussa civitas tota, ad te se cum conjugibus & literis effundebat, eadem recreata ad XII. Calen. Maij, te huc venire, quam se ad te ire mallebat, quo quidem die magnorum meorum laborum,

multarumque vigilarum fructum cepi maximum, si modo est aliquis fructus ex solida veraque gloria. Nam tantae multitudinis, quantam capit urbis nostra, concursus est ad me factus, ea cum usque in Capitolium deductus, tum maximo clamore atque plausu in Rostris collocatus sum. Nihil est in me inane, neque enim debet. Sed tamen omnium ordinum consensus, gratiarum actio, congratulatioque me commovet, propterea quod popularem me esse in populi salute praeclarum est. Sed haec te malo ab alijs audire, me velim de tuis rebus consilijque facias diligentissime certiore. Illudque consideres, ne tua liberalitas dissolutior videatur. Sic sensit senatus, sic populus Romanus, nullos unquam hostes digniores omni supplicio fuisse, quam eos cives, qui hoc bello contra patriam arma ceperunt, quos quidem ego omnibus sententijs ulciscor, & persequor, omnibus bonis approbantibus. Tu quid de hac re sentias, tui judicij est. Ego sic sentio, trium fratrum unam & eandem esse causam. Consules duos, bonos quidem, sed duntaxat bonos amissimus. Hirtius quidem in ipsa victoria occidit, cum paucis diebus magno praelio ante vicisset. Nam Pausa fugerat, vulneribus acceptis, quae ferre non potuit. Reliquias hostium Brutus persequitur, & Caesar. Hostes autem omnes judicati, qui M. Antonij sectam secuti sunt. Itaque id senatus consulum plerique interpretantur etiam ad tuos, sive ad captivos, sive deditos pertinere. Equidem

dem nihil differri durius, cum nominatim de C. Antonio decernerem, quod ita statueram, & te cognoscero causam ejus senatum oportere X. Cal. Maij.

7. BRUTVS CICERONI S.

Ad Brut. Epist. 4.

Qvanta sim leticia affectus, cognitis rebus Brutij nostri & consulum, facilius est tibi existimare quam mihi scribere, cum alia laudo, & gaudeo accidisse, tum quod Bruti eruptio non solum ipsi salutaris fuit, sed etiam maximo ad victoriam adjumento. Quod scribis trium Antoniorum unam atque eandem causam esse, quid ego sentiam, mei judicij esse, statuo nihil, nisi hoc, senatus aut populi Romani judicium esse de ijs civibus, qui pugnantes non interierint. Ad hoc ipsum, inquires, inique facis, qui hostilis animi in Rempubl. homines cives appellas, imo justissime. Quod enim nondum Senatus censuit, nec populus Rom. iussit, id arroganter non praesudico, neque revoco ad arbitrium meum. Illud quidem non muto, quod ei quem me occidere, & non coegit, neque crudeliter quicquam enipui, neque dissolute quicquam remisi, habuique in mea potestate, quod bellum fuit. Multo quidem honestius judico, magisque quod concedere possit Resp. miserorum fortunam non insectari, quam infinita tribuere potentibus, quae cupiditate

latem & arrogantiam incendere possint. Quam re, optime ac fortissime, mihiq; merito & meo nomini & Reipub. carissime nimis credere videris spei tuæ, statimque ut quisq; aliquid recte fecerit, omnia dare ac permittere, quasi non liceat traduci ad mala consilia corruptum largitionibus animum. Quæ tua est humanitas, æquo animo te moveri patieris, præsertim de communi salute, facies tamen, quid tibi visum fuerit, etiam ego, cum me docueris. Nunc Cicero, nunc agendum est, ne frustra oppressum esse Antonium gavisi simus, neu semper primi cuiusque mali excitandi causa sit, cura aliud renascatur illo pejus. Nihil jam neque opinantibus, aut patientibus nobis adversi evenire potest, in quo non, cum omnium culpa, tum præcipuè tua futura sit, cuius tantam auctoritatem senatus ac populus Romanus non solum esse patietur, sed etiam cupit, quanta maximè in libera civitate unius esse potest, quam tu non solum bene sentiendo, sed etiam prudenter tueri debes. Prudentia porro quæ tibi superest, nulla abs te desideratur, nisi modus in tribuendis honoribus. Alia omnia sic abundè adsunt, ut cum quolibet antiquorum comparari possint tuæ virtutes. Unum hoc à grato animo liberalitate profectum, cautiorem ac moderatiorem liberalitatem desiderat. Nihil enim Senatus cuiquam dare debet, quòd malè cogitantibus exemplo aut præsidio sit. Itaque timeo de consulatu, ne Cæsar tuus altius se accendisse præter decretis tuis, quam inde si consul factus sit, descen-

surum.

surum. Quod si Antonius ab alio relictum regni instrumentum occasione regnandi habuit, quonam animo fore putas, si quis Audore non Tyranno interfecto, sed ipso senatu putet se imperia qualibet concupiscere posse. Quare tum & felicitatem & providentiam laudabo tuam, cum exploratum habere cæpero, Cæsarem non honoribus, quos acceperit, extra ordinarijs fore contentum. Aliena igitur, inquit, culpæ me rerum facies? Prorsus aliena, si provideri potuit, ne existeret, quòd utinam inspectare possis timorem de illo meum. His literis scriptis te consulentem factum audivimus. Tum verò incipiam proponere mihi Rempub. justam, & jam suis nitentem viribus, si istuc videro. Pilius vale, & in Macedoniam cum equitatu præmissus est, idib. Maijs ex castris.

• TVLLIVS ET CICERO TIRONI
SVO S. P. D. Ad famil. lib. 25.
Epist. 9.

Nos à te, ut scis, discessimus ad III. Non. Novemb. Leucadem venimus ad VIII. Idus Nov. ad VII. Actium, ibi propter tempestatem ad VI. Idus mortem sumus. Inde ad V. Idus Corcyram bellissimè navigavimus. Corcyra fuimus usq; ad VII. Calend. Decemb. tempestatibus retenti. Ad XV. Calend. Decemb. à portu Corcyrarum ad Cassodem, stadia CXX. processim.

processimus. Ibi retenti ventis sumus usque ad IX. Cal.
 Interea qui cupidè profecti sunt, multa una fragia fecerunt, nos eo die Cœnati solvimus, Inde Austro lenissimo, cœlo sereno, nocte illa, & die postero in Italiam ad Hydruntem ludibundi pervenimus, eodemq; ventu postridiè (id erat ad VII. Cal. Dec.) hora quarta Brundisium venimus eodemq; tempore simul nobiscum in oppidum introiit Terentia, quæ te facit plurimi. Hd V. Cal. Dec. Servus Cn. Planci Brundisij tandem aliquando mihi à te expectatissimas literas reddidit, datas tibi Nov. quæ me molestia valde levarunt, utinam omninò liberassent. Sed tamen Asclapo medicus planè confirmat, propediem te valentem fore. Nunc quidem ego te hortor, ut omnem diligentiam adhibeas, ad convalescendum. Tuam prudentiam, temporantiam, amorem erga me novi. Scio te omnia facturum, ut nobiscum quamprimum sis. Sed tamen ita velim, ut ne quid properes. Simphoniam Lysonis velim vitasses, ne in quartam hebdomadam incideres. Sed quando pudori tuo maluisti obsequi, quàm valetudini, reliqua cura. Curio mihi, ut medico honor haberetur, & tibi daret, quòd opus esset, me cui iussisset, curaturum. Equum & mutum Brundisij tibi reliqui. Romæ vereor, ne ex Cal. Ianna. magni tumultus sint. Nos agemus omnia modicè. Reliquum est, ut te hoc rogem, & à te petam, ne temerè naviges. Solent nata festinare quæstus sui causa.

CAUTUS

Cautus sis mi Tiro, mare magnum & difficile tibi restat. Si poteris cum Mescinio, cautè is solet navigare, sin minus, cum honesto aliquo homine cujus autoritate navicularius moveatur. In hoc omnem diligentiam si adhibueris, te que nobis incolumem præstiteris, omnia à te habeo, etiam atque etiam noster Tiro vale. Medico, Curio, Lysoni de te scripsi diligentissime. Vale. Salve.

Exemplum significationis seu indicationis familiaris, cum petitione.

L. M. T. C. T. P. ATTICO &
 Ad Attic. lib. 1. Epist. 6.

Non committam post hac, ut me accusare de Epistoliarum negligentia possis: tu modo videto in tanto otio, ut par in hoc mihi sis. Domum Rabinianam Neapoli, quam tu jam dimensam, & exadificatam animo habebas, M. Fontius emid HS. CCC XCIII. Id te scire volui, si quid forte ea res ad cogitationes tuas pertineret. Q. Frater ut mihi videtur, quo volumus animo est in Pomponiam, & cum ea nunc in Arpinati prædio erat, & secum habebat hominem M. S. 710. M. & D. Turanium. Pater, nobis decessit ad VIII. Calenda

Calend. Decembris, Hæc habebam ferè, quæ te scire volebam. Tu velim, si qua ornamento gymnasio reperire poteris, quæ loci sint ejus, quem tu non ignoras, ne præmittas. Nos Thuscullano ita delectamur, ut nobis metipsis, tum denique cum illo venimus, placeamus. Quid agas omnibus de rebus, & quid acturus sis, fac nos quam diligentissime certiores, apud matrem recte est, eaque nobis curæ est, L. Cincio H. S. DC. XX. constitui me curaturum Idibus Febr. Tu velim ea, quæ nobis emisse & parasse scribis des operam, ut quam primum habeamus, & velim cogites id, quod mihi pollicitus es, quemadmodum Bibliothecam nobis conficere possit, Omnem spem delectationis nostræ, quam, cum in otium venerimus, habere volumus, in sua humanitate positam habemus, Vale.

*Narrationis, copiosa, varia
accurata*

3 M. T. C. T. P. ATTICUS,
Ad Attic. lib. 1. Epist. 13.

Non modo, si mihi tantum esset otii quantum est tibi: verum etiam, si tam brevis Epistolæ velim mittere, quam tu soles, facile te superarem & in scripto multo essem crebrior, quam tu. Sed ad summas atque incredibiles occupationes meas accedit, quod nullam à me Epistolam ad te sino absque argumento, ac sententia pervenire: & primum tibi, ut æquum est, civi amanti patriam.

etiam, quæ sunt Republicæ exponam. Deinde, quoniam amore tibi nos proximi sumus. Scribemus etiam de nobis ea, quæ scire te non nolle arbitramur. Atque in Republica nunc quidem maxime Gallici belli versatur merus. Nam Eadni Fratres nostri pugnant: Sequam male pugnarunt & Helvetij sine dubio sunt in armis, excursionesq; in provinciam etiam faciunt. Senatus decrevit, ut consules duas Gallias fortirentur, delectus haberetur, vocationes ne valerent: legati cum autoritate mitterentur, qui adirent Galliæ civitates darentq; operam, ne hæc cum Helvetijs se jungerent. Legati sunt Quintus Metellus Creticus, & L. Flaccus & τὸ ἐπὶ τῆ φαιῆ μύρον Lentulus Clodia filius, Atque hoc loco, illud non queo præterire, quod cum de consularibus mea prima fors exisset, tua voce Senatus frequens retinendum me in urbe censuit. Hoc idem post me Pompejo accidit: ut nos duo quasi pignora Reip. retineri vidcremur. Quid enim ego aliorum in me ἐπιπέφω υἱάτα expectem. Cum hæc domi innascentur? Urbana autem res sic se habent. Agraria lex à Flavio Trib. pleb. vehementer agitataur auctore Pompejo: quæ nihil populare habebat præter auctorem. Ex hac ego lege secunda concionis voluntate omnia illa tollebam, quæ ad privatorum incommodum pertinebant. Liberabam agrum cum, qui Publio Mutio, Lucio Calphurnio consularibus publicis fuisset. Syllanorum hominum possessiones confirmabam. Volateranos, & Arretinos, quorum agrum Sylla publicarat, neq; dividerat, in sua possessione retine-

bam. Vnam ratioem non rejiciebam, ut ager hac adven-
 titia pecunia emeretur, quæ ex novis vectigalibus per
 quinquennium reciperetur. Huic toti rationi agraria
 Senatus adversabatur, suspicans Pompejo novam quan-
 dam potentiam quæri Pompejus verò ad voluntatem pro-
 ferendæ legis increbuerat. Ego autem magna cum agra-
 riorum gratia confirmabam omnium privatorum posses-
 siones. Is enim est noster exercitus hominum, ut tute scis
 locupletium. Populo autem Pompejoq; (nam id quoq; no-
 lebam) satis faciebam emtione, qua constituta diligenter.
 & sentiam urbis exhauriri, & Italiae solitudinem fre-
 quentari posse arbitrabar. Sed hæc tota res inter pellata
 bello refrixerat. Metellus est Consul sanè bonus, & nos
 admodum diligit, ille alter ita nihil est, ut plane quid oris
 nesciat. Hæ sunt in Repub. nisi illud etiam ad Rempubl.
 putes pertinere. Herennium quendam Tr. Pl. tribulam
 tuum, sanè hominem nequam atque egentem, sepe jam de
 Publico Clodio ad plebem traducendo agere cepisse, huic
 frequenter inter creditur. Hæc sunt (ut opinor) in Repub.
 Ego autem ut semel illarum nonarum Decembrium juu-
 ram invidia, ac multorum inimicitijs eximiam quan-
 dam, atque immortalē gloriam consecutus sum; Non de-
 fiti eadem animi magnitudine in Repub. versari: & il-
 lam institutam ac susceptam dignitatem tueri. Sed postea,
 quam primum Clodij absolutione levitatem, infirmita-
 temq; judiciorum perspexi: deinde vidi nostros publica-
 nos facile à sen. tu disjungi, quanquam à me ipso non
 divelleren-

divellerentur: tum autem beatos homines hos piscinarios,
 dico amicos tuos, non obscure nobis invidere, putavi mi-
 hi majores quasdam opes, & firmiora præsidia esse quæ-
 renda. Itaq; primum eum, qui nimium diu de rebus nostris
 tacuerat. Pompejum adduxi in eam voluntatem, ut in Se-
 natu non semel, sed sepe multisq; verbis suis mihi salutem
 imperij, atq; orbis terrarum adjudicaret: quod non tam
 interfuit mea (neq; enim illa res aut ita sunt obscuræ, ut
 testimonium aut ita dubia, ut laudationem desiderent)
 quam Reipub. quod erant quidam improbi qui contentio-
 nem forc. aliquam mihi cum Pompejo, ex aliarum rerum
 dissensionē arbitrarentur. Cum hoc ego me tanta fami-
 liaritate conjunxi, ut uterq; nostrum in sua ratione muni-
 tior, & Repub. firmior hæc conjunctione esse possit. Odi
 autem illa libidinosæ, & delicate juventutis, quæ erant in
 me incitata, sic mitigata sunt, quadam comitate mea, me
 unum ut omnes illi colant, nihil jam deniq; à me asperum
 in quenquam sibi, nec tamen quicquam populare, ac disso-
 lutum, sed ita temporata tota ratio est, ut Reipub. constan-
 tiam præstem, privatis rebus meis propter infirmitatem
 bonorum, iniquitatem malevolorum, odium in me impro-
 borum, adhibeam quandam cautionem & diligentiam,
 atque ita tamen novis amicitijs implicati sumus, ut crebro
 mihi vaser ille Siculus insusuret Epicharmus cantilenam
 illam suam: $\nu\tilde{\eta}\phi\epsilon\ \Theta\mu\gamma\tilde{\iota}\ \mu\tilde{\epsilon}\mu\nu\alpha\tilde{\alpha}\ \alpha\pi\tilde{\iota}\tau\tilde{\epsilon}\nu,$
 $\tilde{\alpha}\rho\theta\ \Sigma\epsilon\ \tau\alpha\tilde{\upsilon}\tau\alpha\ \tau\omega\nu\ \phi\rho\tilde{\epsilon}\nu\tilde{\omega}\nu,$ ac nostræ qui-
 dem rationis, ac vite, quasi quandam formam, ut opinor
 vides

LIBER

vides. De tuo autem negotio saepe ad me scribis, cui meo
deri nunc non possumus. Est enim illud S. C. summa pe-
riorum voluntate, nullius nostrum autoritate factum.
Nam, quod me non esse adscriptum vides, ex ipso S. C. in-
telligere potes, aliam rem tum relatam. Hoc autem, de po-
pulis liberis sine causa additum, ita factum est P. Servilio
filio, qui in postremis sententiam dixit: Sed immutare hoc
tempore non potest. Itaque, conventus, qui initio celebra-
bantur, jam diu fieri desierunt: si tu tuis blanditijs tamen
à Syconijs numulorum aliquid expresseris, velim me fa-
cias certiore. Commentarium consulatus mejs Græce
compositum misi ad te in quo si quid erit, quod homini
Attico minus Græcum, eruditumque videatur, non dic. Nam
quod tibi (ut opinor) Panormi Lucullus de suis historijs
dixerat, se quod facilius illas probaret, Romani hominis
esse. Id circo barbara quædam, & obsoleta dispersisse: ap-
ud me si quid erit ejusmodi, me imprudente erit & in-
vito Latinum si perfecero ad te mittam: tertium, poema
expectato, ne quod genus à me ipso laudis meæ prætermi-
tatur. Hic tu εὐχὴν ἴσθαι & ἴσθαι ἴσθαι: si est enim
apud homines quicquam, quod potius sit laudetur, nos vi-
tuperemur, qui non potius alia laudemus: quanquam non
εὐχὴν ἴσθαι & ἴσθαι sunt hæc, sed ἴσθαι ἴσθαι, quæ scri-
bemus. Quintus frater purgat se mihi per literas, & as-
firmat nil à se cuiquam de te secus esse dictum. Verum
hæc nobis coram summa cura & diligentia sunt agenda,
tu modo nos revise aliquando, Cosinius hic, cui dedi li-
teras, valde mihi bonus homo, & non levis, & amans tu
visus

TERTIVS

visus est, & talis, qualem esse cum tua mihi literæ enun-
ciarunt. Vale. Idibus Martijs:

*Argumentationis exquisita, copiosa, pru-
dens, & communicationis per familiaris*

3. M. T. C. T. P. ATTICOS.
Ad Attic. lib. 1. Epist. vlt

Cum è Pompejano me Romam recepissem ad IIII.
Idu. Maij Cincius noster eam mihi abs te Epistolam
reddidit, quam tu id. Febr. dederas. Et nunc Episto-
lae literis his respondebo. Ac primum tibi perspectum esse
iudicium de te mecum lætor. Deinde te in ijs rebus, quæ
mihi asperius à nobis atque à nostris, & injucundius acta
videbantur, moderatissimum fuisse vehementissimè ga-
deo: idque neque amoris mediocris, & ingenij summi ac sa-
pientia iudico. Qua de re, cum ad me ita suaviter, dili-
genter, officiose, humaniter scripseris, ut non modo hor-
tari te amplius non debeam, sed ne expectare quidem abs-
te, aut ab ullo homine tantum facilitatis, ac mansuetudi-
nis potuerim: nihil duco esse commodius quam de his re-
bus nihil amplius scribere, cum erimus congressi, tum, si
quid res erit, coram inter nos conferemus. Quod ad me
de Repub. scribis, disputas tu quidem & amanter & pru-
denter, & à meis consilijs ratio tua non abhortet: Mam,
neque de statu nobis nostræ dignitatis est recedendum, neque
sine nostris copijs intra alterius præsidia veniendum: &
is, de quo scribis nihil habet amplum, nihil excelsum ni-
hil non summum, atque populare: Veruntamen fuit ratio

LIBER

mibi fortasse ad tranquillitatem meorum temporum non
 mutilis, sed me hercule Reip. multo etiam utilior, quam
 mihi civium improborum impetus in me reprimi, cura
 hominis amplissima fortuna, autoritate, gratia fluctuan-
 sententiam confirmassem, & à spe malorum ad mearum
 rerum laudem convertissem. Quod si cum aliqua levitate
 mihi faciendum fuisset, nullam rem tanti aestimassem, sed
 tamen à me ita acta sunt omnia, non ut ego illi assentiens
 levior, sed ut ille me probans gravior vidretur. Reliqua
 sic à me aguntur & agentur, ut non committamus, ut ea
 que gesimus fortuito gessisse videamur. Eos bonos viros,
 illos quos significas, & eam, quam mihi dicis obtigisse
 ὡς ἀπ' αὐ non modo nunquam deseram, sed etiam si
 ego ab illa deserar, tamen in mea pristina sententia per-
 manebo. Illud tamen velim existimes, me hanc viam opti-
 matum post Catuli mortem nec presidio ullo, nec comi-
 tatu tenere. Nam ut ait Rinthon, ut opinor, οἰ μὲν
 ὡς ἀρ' οὐδ' ἐν ἀτὴν, οἷς σὺ οὐδ' ἐν μ' ἐλάσ
 mihi vero: ut invident piscinarii nostri, aut scribam, ad
 te alias, aut in congressum nostrum reservalo: à curia au-
 tem nullam me res divellet, vel quod ita rectum est: vel
 quod rebus meis maxime consentaneum vel quod à Sena-
 tu quantificam, minime me poenitet. De Syconis (ut scri-
 psi ad te antea) non multum spei est in senatu: nemo est
 enim iam, qui querebatur. Quare si id expectas, longum
 est, alia via, si qua potes, pugna: cum est actum, neq; ani-
 madversum est ad quos pertineret, & raptim in eam sena-
 tentiam pedarii concurrerunt. Inducendi S. C. maturitas
 non duntaxat

TERTIUS

tionum est, quod neq; sunt, qui querantur, & multi, partim
 malevolentia, partim opinione equitatis delectantur.
 Metellus tuus est egregius Cos. unum reprehendo, quod
 otium è Gallia non magnopere nunciari gaudet, cupidus
 credo triumphare. Hoc vellem mediocrius, cetera egre-
 gia. Auli filius verò ita se gerit, ut ejus consulatus non
 consulatus sit; sed magni nostri ἦ ὡς ἀπ' οὐ μ. De meis
 scriptis misi id te Græce perfectam consulatum meum,
 cum librum L. Cofinio dedi: puto te latinis meis delecta-
 ri. Huic autem Græco Græcum invidere, alij se scripse-
 rint, mittemus ad te: Sed mihi crede, simul & que hoc no-
 strum legerunt, nescio quo pacto retardantur. Nunc, ut
 ad rem meam redeam, L. Papyrius Patus, vir bonus ama-
 torq; noster, mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliquit,
 donavit: Cum mihi per legem Cinciam licere Capere Cam-
 ecius amicus tuus diceret, libenter dixi me accepturum, si
 attulisset. Nunc, si amas me, se te amari à meis, enitere
 per amicos, Clientes, hospites, libertos deniq; ac servos
 tuos, ut scheda ne qua depercat: nam & Græcis his libris,
 quos suspicor, & Latinis, quos scio illam reliquisse, mihi
 vehementer opus est. Ego autem quotidie magis, quod
 mihi deforensi labore temporis datur, in his studijs con-
 quiesco, per mihi, per inquam gratum feceris; si in hoc
 tam diligens fueris, quam soles in his rebus, quas me valde
 velle arbitraris: ipsiusq; Pati tibi negotia commendo: de
 quibus tibi ille aget maximas gratias &, ut jam invisas
 hos, non solum rogo, sed etiam suadeo. Vale.

LIBER

Narrationis varia, promiscua,
concreta elegantis.M. T. C. P. ATTICQ. S.
Ad Attic. lib. 2. Epist. 16.

A Nicato, ut te velle intellexeram, nullo loco defui: Numestium ex literis tuis studiose scriptis, libenter in amicitiam recipi. Cæcilium quibus rebus possum tuor diligenter. Varro satisfacit nobis, Pompejus amat nos, carosq; habet. Credis inquires, credo: profusus mihi persuadet: sed quia, ut video, pragmatici homines omnibus historicis præceptis versibus deniq; cavere jubent & vetant credere, Alterum facio ut caveam: alterum, ut non credam, facere non possum. Clodius mihi adhuc denunciât periculum. Pompejus affirmat non esse periculum, adiurat, addit etiam se prius occisum iri ab eo, quare tue violatum iri, tractatur res simul & si quid erit certi, scribam ad te: si erit pugnandum, accessam ad societatem laboris: Si quies dabitur, ad Amalthea te non commovebo. De Rep. breviter ad te scribam: iam enim charta ipsa ne nos prodât, pertimesco. Ita que post hac, si erunt mihi plura ad te scribenda & non si cas obscuro. Nunc quidem novo quodam morbo civitas moritur, ut cum omnes ea, qua sunt acta, improbent, querantur, doleant, varietas in re nulla sit, aperteq; loquantur, & iam clara gemant, tamen medicina nulla afferatur, neq; enim res isti sine inter necione posse arbitramur: nec videmus, qui finis edendi præter exitum futurus sit. Bibulus hominum admiratione,

TERTIVS

quinatione, & benevolentis in cælo est. Edictæjus, & conciones describunt, & legunt: novo quodam genere in summam gloriam venit: populare nunc tam nil est quam odium popularium. Hac quo eruptura sint, timeo: sed, si despicere, quid cæpero, scribam ad te apertius: tu si me amas tantum, quantum profecto amas expeditus facito ut sis, si inclamaro, ut accurras, sed do operam, & dabo, ne sit necesse. Quod scripseram te Furium scripturum: Nil necesse est, Tuum nomen mutare me faciam Lælium, & te Atticum, neq; utar meo chirographo, neq; signo, si modo erunt ejus modi literæ, quas in alienum incidere nolim. Diodotus mortuus est, reliquid nobis H. S. fortasse centies. Comitia Bibulus cum Archilchio edicto in ante diem XV. Cal. Novemb. distulit: à Vibio libros accepi: Poeta ineptus, nec tamen scit nihil, sed est non inutius: describo & remitto. Vale.

Familiaris & necessaria significationis
& expositionis historica.M. T. C. P. ATTICO S. P. D.
Ad Attic. lib. 4. Epist. 1.

Cum primum Romam veni, fuitq; cui rectè ad te literas darem: nihil prius mihi faciendum putavi, quam ut tibi absenti de reditu nostro gratulater: cognoram enim, ut vere scribam, te in consilijs mihi dandis, fortiozem, prudentiorẽq; quam me ipsum, nec etiam propter tuam in me observantiam nimium in custodia salutis meæ diligentem, eundemq; te qui primis temporibus

LIBER

huius erroris nostri, aut totius furoris particeps, & falsi
 rumoris socius fuisses, vbiſſime diſidium noſtrum tuliffe,
 plurimumque opera, ſtudij, diligentia, laboris, ad confir-
 ciendum reditum mecum contuliſſe. Itaq; hoc tibi vere aſ-
 firmo, in maxima leticia, & exoptatiſſima gratulatione,
 unum ad cumulandum gaudium, conſectum, aut potius
 complexum mihi tuum deſuiſſe, quem ſemel nactus nun-
 quam dimiſero. Ac niſi etiam prætermiſſos fructus tuæ
 ſuavitatis præteriti temporis omnes exegero, Profecto
 hac reſtitutione fortune me ipſe non ſatis dignum iudica-
 bo. Nos adhuc in noſtro ſtatu, quod diſſicillime repe-
 rari poſſe arbitrari ſumus, ſplendorem noſtrum illum fo-
 renſem, & in Senatu autoritatem, & apud viros bonos
 gratiam, magis quam optaramus, conſecuti ſumus. In re
 autem familiari, quæ quemadmodum fracta, diſſipata,
 direpta ſit, nec ignoras valde laboramus, tuarumq; non
 tam facultatum, quas ego noſtras eſſe iulico, quam conſi-
 liorum ad colligendas, & conſtituendas reliquias noſtras
 inagimus. Nunc eſi omnia aut ſcripta eſſe à tuis arbi-
 tror, aut etiam nuncijs, aut rumore perlata: tamen ea ſeri-
 bam brevi, quæ te puto potiſſimum ex meis literis velle
 cognoscere. Pridie Non. Sext. Dyrrachio ſum proſectus:
 ipſo illo die, quo lex eſt lata de nobis. Brundisium veni
 Non. Sext. ibi mihi Tullia mea fuit præſto natali ſuo ipſo
 die, qui caſu idem natalis erat, & Brundisinae coloniæ,
 & tuæ vicinæ ſalutis: quæ res animadverſa à multitudine
 ſumma Brundisiorum gratulatione celebrata eſt. Ante
 VI. diem Id. Sext. cognovi: cum Brundiſij eſſem, literis

Quinte

TERTIUS

Quinti fratris, mirifico ſtudio omnium ætatum atq; ora-
 dinum. incredibili concuſſu Italiae, legum comitiſ centum
 viatis eſſe perlata. Inde à Brundisinaſ honetiſſime or-
 natus, iter ita feci, ut undiq; ad me cum gratulatione le-
 gati convenerint. Ad urbem ita veni, ut nemo ullius ora-
 dinis homo nomenclatori notus fuerit, qui mihi obviana
 non venerit, præter eos inimicos, quibus id ipſum non li-
 ceret, aut diſſimulare, aut negare. Cum veniſſem ad por-
 tam Capenam, gradus templorum ab iſſima plebe com-
 pleti erant: à qua plauſu maximo, cum eſſet mihi gratu-
 latio ſignificata: ſimilis & frequentia, & plauſus me usq;
 ad Capitolium celebravit. In foro, & in ipſo Capitolio,
 miranda multitudo fuit. Poſtridie in Senatu, qui ſuit dies
 Non. Septem. Senatuſ gratias egimus. Eo biduo, cum eſſet
 annonæ ſumma caritas & homines ad Theatrum primo,
 deinde ad Senatum concurriffent impuſſu Clodij, mea o-
 pera frumenti inopiam eſſe clamarent, cum per eos dies
 Senatus de annonâ haberetur, & ad ejuſ, procuracionem
 ſermone non ſolum plebis, verum etiam bonorum Pompe-
 ſius vocaretur, idq; ipſe cuperet, multitudoq; à me nomi-
 natim, ut id decernerem, poſtulareret, ſeci: & accuratè ſen-
 tentiam dixi, cum abeſſent Conſulares: quod tuto ſe nega-
 rent poſſe ſententiam dicere, præter Miſſalam, & Afrani-
 um, factum eſt. S. C. in meam ſententiam, ut cum Pompe-
 ſejo ageretur, ut eam rem ſuſciperet, lexq; ferretur. Quo
 S. C. recitato, cum populus more hoc inſulſo & novo
 plauſum meo nomine in recitando dediffet: habui concio-
 nem, omnes magiſtratus præſentes: præter unum Pr. &

G 5

duns

LIBER

duos Tr. Pl. dederunt. Postridie Senatus frequens & omnes consulares nil Pompejo postulanti negarunt. Ille legatos quindecim cum postularat, me principem nominavit, & omnino me alterum se fore dixit: Legem Cos. conscripserunt, qua Pompejo per quinquennium omnis potestas rei frumentariae, tota orbe terrarum daretur, Alteram Messius, qui omnis dat pecunia potestatem, & adiunxit classem & exercitum, & majus imperium provincis eius quam sit eorum, qui eas obtineant. Illa nostra lex consularis nunc in modesta videtur: hæc Messinij non ferenda. Pompejus illam se velle dicit. Familiæ hanc, consulares duce Favonio fremunt. Nos taceamus, & eo magis, quod de domo nostra nihil adhuc Pontifices responderunt: qui si sustulerint religionem, arcem præclaram habebimus: superficim Cos. ex S. C. æstimabunt: sin alter demolientur, & suo nomine locabunt: rem totam æstimabunt. Ita sunt res nostræ, ut in secundis fluxu, & in adversis, bonæ. In re familiari valde sumus, ut scis perturbati. Præterea sunt quædam domestica, quæ literis non committo, Quintum Fratrem insigni pietate, virtute, fide præditum sic amo, ut debeat. Te expecto, & oro, ut matures venire eoque animo venias, ut me tuo consilio egere non sinas. Aliterius vitæ quoddam in initium ordimur: nam quidam, qui nos absentes defenderunt, incipium presentibus occulte irasci, aperte invidere: vehementer te requirimus. Vale.

Eruditiæ & gravis disputationis & deliberationis sapientis.

T. P.

TERTIUS

T. P. ATTICO.
Ad Attic. lib. 7. Epist. 10.

Quæso quid hoc est? aut quid agitur? mihi enim tenebræ sunt. Cingulum, inquit, nos tenemus. Anconum amissimus. Labienus discessit à Cesare. Vtrum de imperatore populi Rom. an de Hannibale loquuntur? O hominem amentem & miserum, qui ne umbram quidem unquam τοῦ ἀλλοτρίου viderit: atque hæc ait omnia se facere dignitatis causa. Vbæ est autem dignitas, nisi honestas? Num honestum igitur habere exercitum nullo publico consilio? Occupare urbes civium? quo facilior sit aditus ad patriam? ἢ ἔστιν ἄλλο τι καὶ ἄλλο τι ἄλλο τι ἄλλο τι ἄλλο τι, sexcenta alia scelera moliri? τὴν ἑαυτοῦ μετρίαν ἀφαιρῆσαι καὶ τὴν ἑταίρου προσέχειν; sibi habeat suam fortunam. Vnam me hercule tecum applicationem in illo Lucretinæ tuo sole malim, quam omnia istiusmodi regna, vel potius mori millies, quam semel illiusmodi quicquam cogitare. Quid si tu velis inquis? Age quis est, cui velle non liceat? Sed ego hoc ipsum velle miserius esse duco, quam in crucem tolli. Vna res est ea inferior, adipisci, quod ita volueris: Sed hæc hæc Libenter enim in his molestijs ἐπιβουλεύω. Redeamus ad nostrum, Perfortunat quale tibi consilium Pompeij videtur? Hoc quæro quod urbem reliquerit. Ego enim ἀπὸ τοῦ. Tum nihil absurdius: urbem tu relinquis? Ergo idem si Galli venirent. Non est, inquit, in partibus Reipub. ad in aris & foetis

Fccit

Fecit idem Themistocles, fluctum enim totius barbaris
ferre urbs una non poterat. Ad idem Pericles non fecit
annum fere post quinquagesimum, cum præter mania ni-
hil tenere, nostri olim urbe reliqua capta, arcem tamen
retinuerunt οὐδ' ὡς ὡς τῶν ἐμῶν ἰσοδοσίῃ ἐπι-
σημοῖν μεθί. Rursus autem ex dolore municipalis
sermonibusq; eorum, quos conveni videtur hoc consilium
exitum habiturum. Mira hominum querela est, (nescio
isthic, sed facies, ut sciam) sine magistratibus urbem esse,
sine Senatu. Fugiens deniq; Pompejus mirabiliter homines
moveret. Quid queris? alia causa facta, nihil jam conce-
dendum putant Cæsari. Hæc tu mihi explica, qualia sint.
ego negotia præsum non turbulento. Vult enim me Pom-
pejus esse, quem tota hæc Campania & maritima ora ha-
beat ἐπίσχοπον, ad quem delectus, & negotij sum-
ma referantur. Itaq; vagus esse cogitabam. Te puto jam
videre, quæ sit ὄρα ἢ Cæsaris qui populus; qui totius ne-
gotij status. Ea velim scribas ad me. Et quoniam quidem
mutabilia sunt, quam sæpissimè: acquiesco enim & scri-
bens ad te, & legens tuâ. Vale.

Querela gravis & vehementis, &
peplorantis tristis.

T. P. ATTICO.
Ad Attic. lib. 8. Epist. 8.

○ Rem

○ Rem turpem, & ea te miseram. Sic enim sentio, id
demum, aut potius id solum esse miserum, quod tur-
pe sit. Aluerat, Cæsarem, eundem repente timere
ceperat, conditionem pacis nullam proparat: nihil ad
bellum pararat. Urbem reliquerat. Picenum amiserat cul-
pa, in Apuliam se compegerat, ibat in Græciam, omnes
nos ἐπ' ἄσπερον ἦτοσ expertes sui tenti, ac tam inusti-
tati consilij, relinquebat. Ecce subito literæ Domitij ad il-
lum, ipsius ad Cos. affuisse mihi videbatur τὸ καλόμ
ad oculos ejus, & exclamasse ille vir, qui esse debuit
πρὸς τὰ ἦθ' ὄπρ' ἦ καὶ παλαιά οὐδ' ἔτι καὶ
τῶν ἐπ' ἐμοῖ καὶ πικταίνες θῶν: τὸ γὰρ
εἴ μὲν ἐμοῦ ad ille ὡς δὲ χαίρει τὸ
καλὸν dicens, Brundisium. Domitium autem aiunt re-
audita, & eos, qui una essent se tradidisse. O rem lugu-
brem, itaq; intercludor dolore, quo ad te plura non scri-
bam, tuas literas expecto. Vale.

Vehementia, confidentia copia, & mul-
tiplicis facultatis eloquentia.

8. T. P. ATTICO. Ad Attic. lib. 10. Epist. 14.

Multas à te accepi literas eodem die amneis diligen-
ter scriptas. Ea verò, quæ voluminis instar, eras
sæpe legenda, sicuti facio: in qua non frustra labo-
rem suscepisti: mihi quidem per gratam fecisti. Quare,
ut id, quoad licet, id est, quoad scies, ubi sumus, quam sæ-

pissimè

LIBER

pissimè faciam, te vehementer rogo. At deplorandi quid-
 dem, quod quotidie facimus, sit jam nobis. aut finis omni-
 no, si potest, aut moderatio quædam, quod profecto po-
 test. Non enim quam dignitatem, quos honores, quem vi-
 ta statum amiserim, cogito, sed quid consecutus sim, quid
 præstiterim, qua in laude vixerim. His denique in malis
 quid intersit inter me & istos, quos propter omnia amisi-
 mus. Hi sunt, qui nisi me civitate expulissent, obtinere se
 non posse putarunt licentiam cupiditatum suarum quorum
 societatis & scelerata consentionis fides quò eruperit,
 vides alter ardet furore, & scelerè: nec remittit aliquid,
 sed in dies ingravescit: modo id alia expulit: nunc alia ex
 parte persequi, ex alia Provincia spoliare conatur: nec
 nec jam recusat, sed quodammodo postulat, ut quem admo-
 dum est, sic etiam appelletur Tyrannus. Alteris, qui nos
 sibi quondam ad pedes stratos ne sublevarat quidem, qui
 se nihil contra hujus voluntatem a se habere posse, ela-
 psus è soceri manibus, ac ferro bellum terra & mari
 comparat, non injustum ille quidem, sed tum pium, tum
 etiam necessarium, suis tamen civibus exitiabile, nisi vicerit,
 calamitosum etiam si vicerit. Horum ego summorum
 imperatorum non modo res gestas non antepono meis, sed
 ne fortunam quidem ipsam, qua illi florentissima, nos du-
 viorè consiliati videmur. Quis enim potest aut deserta
 per se patria, ut oppressa beatus esse? Etsi (ut nos à te ad-
 monemur) recte tu illis libris diximus, nihil esse bonum,
 nisi quod honestum, nihil malum, nisi quid turpe sit certe
 vixq; istorum est miserimus, quorum vtriq; semper pa-
 trie

TERTIUS

tria salus, & dignitas posterior sua dominatione, & do-
 mesticis commodis fuit, præclara igitur conscientia su-
 stentor, cum cogito me de Republ. aut meruisse optime,
 cum potuerim, aut certe nunquam, nisi diuine cogitasse:
 eaq; ipsa tempestate eversam esse Rempub. quam ego XI-
 III. annis ante prospexerim. Hæc igitur conscientia co-
 mite, proficiscar magno equidem cum dolore, nec tam id
 propter me, aut. Propter fratrem meum, quorum jam a-
 eta etas, quam propter pueros, quibus interdum videmus
 præstare etiam Rempub. debuisse. quorum quidem alter
 non tam quis majore pietate est, me mirabiliter excru-
 ciat, alter (o rem miseram, nihil enim mihi accidit in o-
 mni vita acerbius) indulgentia videlicet nostra deprava-
 dus, eo progressus est, quo non audeo dicere. Et expecto
 tuas literas: scripsisti enim te scripturum plurima, cum
 ipsum vidisses: omne meum obsequium in illum fuit cum
 multa severitate: neq; unum ejus, nec paruum, sed multa
 magna delicta compressi. Patris autem lenitas amanda
 potius ad illo, quam tam crudeliter ne gligenda. Nam li-
 teras ejus ad Cæsarem missas, ita graviter tuimus, ut te
 quidem celaremus, sed ipsius videmus vitam insuavem
 reddisse. Hoc vero ejus iter, simulatioq; Pietatis, qualis
 fuerit, non audeo dicere. Tantum scio, post Hircium con-
 ventum, accersitum ab Cæsare cum eo de meo animo ab
 suis rationibus alienissimo, & consilio relinquenti Ita-
 liam. Et hæc ipsa timidi: sed nulla nostra culpa est, nota
 ra metuenda est. Curionem: hæc Hortensij filium, non pa-
 trum culpa, corruptis. lacerat in mœrore meus Prater, neq;

LIBER

tam de sua vita, quam de mea metuit: huic tu, huic tu mi-
 lo offer consolationes si ullas potes, maxime quidem illane
 velim ea, quæ ad nos delata sint, aut falsa esse, aut minora,
 quæsi vera sint, quid futurum sit in hac fuga, nescio. Nam
 sic haberemus Rempub. consilium mihi non deesset nec
 ad se veritatem, nec ad iudulgentiam, Hæc sive iracun-
 dia, sive dolore, sive metu permotus, gravius scripsi, quam
 cui tuus in illum amor, aut meus postulabat. Si vera sunt,
 ignoscas, si falsa, me libente eripies mihi hunc errorem.
 Ego quomodo se verò res habebit, nihil a signis, nec
 patruo nec patri. Cum hæc scripsissem, à Curione mihi
 nunciatum est, eum ad me venire. Venerat enim is in Cu-
 manum vespere pridie, id est Idibus. Si quid igitur sermo
 ejusmodi attulerit, quod ad te scribendum sit, id in literis
 adjungam, Præterij Villam meam Curio. iussitq; mihi
 nunciari mox se venturum, ecurratq; Puteolos, ut ibi
 concinretur, concionatus est: Redijt, fuit apud me sane
 diu, o rem foedam, nostri hominem, nihil occultavit, in pri-
 mis nibill esse certius, quam ut omnes, qui lege Pompeja
 con damnati essent, restituerentur. Itaq; se in Sicilia eo-
 rum opera usurum, de Hispanijs non dubitabat, quin Cæ-
 saris essent, inde ipsum cum exercitu, ubicunq; Pompejus
 esset, ejus interitum finem belli fore proprius factum esse ni-
 hil, cum plane iracundia elatum voluisse Casarem occidit
 Metellum Tr. Pl. quod si esset factum, eadem magnam su-
 turam esse: permultos hordatores, esse cedis ipsum autem
 non voluntate, aut natura non esse crudelem, sed quod pu-
 taret popularem esse clementiam, quod si populi studium
 amisisset.

TERTIUS

amisisset, crudelem fore: eumq; perturbatum, quod intel-
 ligeret, se apud ipsam plebem offendisse de erario. Itaq;
 ei cum certissimum fuisset ante, quam proficisceretur,
 concionem habere, ausum non esse, vehementerq; animo
 perturbato profectum. Cum autem ex eo quererem, quid
 videret, quod exemplum, quam Rempub. planè fatebatur
 nullam spem reliquam Pompeij classem timebat, quæ si es-
 set, se de Sicilia abiturum, quid inquam isti sex tui fasces:
 si ab Senatu, cur laureati? si ab ipso, cur sex? Cupivi in-
 quid ex S. surrepto. Nam aliter non poterat, at ille im-
 pendio nunc magis odit senatum, à me, inquit omnia pro-
 ficiscuntur, Cur autem sex? quia duodecim nolui, nam li-
 cebat. Tum ego, quam vellem, inquam, petis ab eo,
 quod audio Philippum impetrasse: Sed veritus sum, quia
 ille à me nihil impetrabat, libenter, inquit, tibi concessis-
 se, verum puta id impetrasse. Ego enim de eum scribam.
 Ut tu ipse voles, de ea re nos inter nos locutus. Quid au-
 tem illius inter est, quoniam in Senatum non venis, ubi sese
 qui nunc ipsum minimè offendisses, nec ejus causam sit in
 Italia non fuisses, atq; ego me recessum & solitudinem
 querere, maxime quod lictores haberem, laudabat consi-
 lium quid ergo inquam? nam mihi cursus in Græciam per
 eam Provinciam est quoniam ad mare superum milites
 sunt, quid mihi inquit optatus? Hoc loco multa per libe-
 raliter. Ego hoc quidem verum est profecto, ut non mo-
 do tuto, verum etiam palam navigaremus, reliqua inpo-
 sterum diem distulit, ex quibus scribam ad te, si quid erit
 Epistola dignum. Sunt autem, quæ præterij, inter re-

LIBER

nam ne esset expectaturus, an quomodo dixerim: ad se ille quidem, deferre consul. tum sed se nolle in proximum annum & alia sunt, quæ exquiram. Turbat ad summam quod nullo negotio facere, amicissimum mihi Cæsarem esse. non dubito, inquam, id enim scripsit ad me Dolobella: scio, inquit, affirmabatque quod scripsisset Cæsarem Cupere me ad urbem, venire illum quidem gratias agere maximas, & non modo probare, sed etiam gaudere. Quid queris? de quinto nil habent. Est enim suspicio illa domesticæ mali, & sermonis Hirciani, quam cupio illum dignum esse nobis, & quam ipse metuo ne pro illo sit supplicandum, sed opus fuit Hircio convento. Est profecto nescio, quid velim, quam minimo. Et tamen eum nondum reddisse miramur, sed hæc videbimus. Tu Oppios Terentia debis tam enim urbis unum periculum est, me tamen consilio iuva, pedivus ne Rhegyum, an hinc statim in navem, ceterum quoniam commoror, ego ad te statim habebō, quod scribam, simul ut videro Curionem. De Tyrone curia queso, quod facis, ut sciam, quid is agat.

T. P. A T T I C O.

Ad Attic. lib. 10. Epist. 9.

DE mea tota cogitatione scripsi ad te antea satis ut mihi visus sum, diligenter de die nihil sane potest scribi certi, præter hoc, non ante lunam novam. Curionis sermo postridie eandem habuit fere sententiam, nisi quod apertius significavit, sed earum rerum exitum non videre. Quod mihi mandas de quodam re-

gendo

TERTIUS

gendo & ex ad, as tamen nihil prætermittam: atque utinam tu: sed modestior non ero. Epistolam ad Vestorium statim de Tullia: ac valde requirere solebat: commodius tecum Vectinus est locutus, quam ad me scripserat, sed mirari satis hominis negligentiam non queo: cum mihi enim Philotimus dixisset, sese CCL. emere de Canuleto diversorium illud posse, minoris etiam enturum, si Vectinum rogassem rogavi, ut si quid posset, ex ea summa detraxeret: promisit, ad me nuper, se H. S. XXX. emisse, ut scriberem, cui vellem addici, diem pecuniæ Idibus Novembris esse rescripsi ei stomachosius, cum socio tamen familiarari. Nunc quoniam agit liberaliter, nihil accuso hominem, scripsique ad eum me à te certior esse factum. Tu de tuo itinere quid, & quando cogites, velim me certior rem facias, ad XV. Calend. Maij. Vale.

Solicite deliberationis & auxilia.

10. T. P. A T T I C O.

Ad Attic. lib. 10. Epist. 9.

Quintodecimo Calend. Maij, ex itinere adventus Philotimi (ad cuius, hominis, quam insulsi, & quam sæpe pro Pompejo mentientis, ex animavit omneis, qui mecum erant. Nam ipse obduri: dubitavitque nostrum nemo, quin Cæsar itinera repressisset: volare dicitur, præterius se cum Afranio conjunxisset, nihil afferre eiusmodi. Quid queris etiam illud erat persuasum, Pompejum cum magnis copijs iter in Germaniam per-

H 2

Illyricum

LIBER

Myricum fecisse. Idem *Ευθεύτηκως* nunciabatur.
 Melitam igitur opinor capeſſemus, dum quod in Hispania:
 quod quidem, propemodum videor ex Caesaris literis ipsius
 voluntæ facere posse, qui negat neq; honestius, neq; tutius
 mihi quicquam esse, quam ab omni contentione abesse. Di-
 ces ubi ille ergo tuus animus, quem proximis literis adest,
 & idem est. Sed utinam de meo solum capite decerne-
 rem: lacrimæ meorum me interdum molliunt precan-
 tium, ut de hispanijs expectimus. M. Coelij quidem Epi-
 stolam scriptam miserabiliter, quæ hoc idem obsecraret,
 ut expectarem, ne fortunas meas, ne unicam filiam, ne
 meos omnes tam temere proderem, non sine magno stetu
 legerunt pueri nostri, etsi meus quidem est fortior, eoque
 ipso vehementius commovet, nec quicquam nisi de digni-
 tate laborat. Melitam igitur, deinde quo videbitur, Tu ta-
 men etiam nunc mihi aliquid literarum, & maxime si
 quid ab Afranio. Ergo, si cum Antonio locutus ero, scri-
 ban ad de, quid actum sit: ero tamen in credendo, ut mo-
 nes, cautus. Nam occultandi ratio sum difficilis, tum etiam
 periculosa est. servium expecto ad Nonas, eum alli-
 cit post humia, sed & servij filij quartanam levio-
 rem esse gaudeo. Misi ad te Coelij etiam
 literarum exemplum. Vale.

Epistolarum finis